λέγω γὰρ καὶ etc. *immo vero intelligo etiam.* Π. 3, 1, 10. τοῦτο οὖν λέγεις, ὡς — *putasne.* Απ. 2, 6, 7. 12. 14. 3, 3, 11. 3, 8, 7. 4, 2, 18. Ο. 1, 12. 3, 6, 17, 11. Sic τοῦτο λέγω, Ο. 17, 8. *hoc volo.* it. c. ὡς, Π. 5, 4, 10. p. 312. καὶ οὐχὶ τοῦτ' ἔφη, λέγω ὡς οὐ δεῖ ἰέναι. Sic οὐ λέγω, *hoc non propterea dico, non hoc intelligo*, Απ. 1, 2, 59. Ιπρ. 8, 16. Referri huc poteſt Π. 4, 5, 14. p. 250. ὅτι χρυσίον εἴη παρὰ σφίσιν ἐπίσημον, δασμοὺς τινας λέγοντες, *intelligentes aurum, quod recipiendis tributis haberent*, Cf. tamen δασμός. Ο. 12, 7. ¶ 16) *promittere.* Π. 4, 4, 3, τοῖς μὲν κομίζουσιν ἔσαι εἰρήνη, καὶ ἃ λέγομεν, ἀδόλως. Α. 7, 7, 15. c. praeſ. et ἂν, Ε. 4, 1, 7. λέγει — πᾶν ποιεῖν ἂν ἡδέως. it. c. praeſenti ſine ἂν, Α. 7, 6, 11. πάντες ἐλέγετε σὺν Σεύθῃ ἰέναι. ¶ 17) *poſtulare.* Ε. 2, 2, 10. ὁπότε ἔμελλον ὅ τι τις λέγοι, ὁμολογήσειν. ¶ 18) *iubere.* Α. 6, 6, 10. ἐγὼ δ' ἐμαυτὸν, ὥσπερ Ξενοφῶν λέγει, παρασχήσω κρίναντι. c. inf. Π. 4, 1, 10. λέγε τὸν θέλοντα ἰέναι. Α. 1, 3, 8. ὁ δὲ — πέμπων — ἔλεγε θαρρεῖν. Ε. 4, 3, 1. προσαπαγγέλλειν λέγω. Ita Mor. et Schneider. In Welſ. aliisque eſt κελεύω. c. dat. et inf. Α. 7, 1, 25. ἔλεγον Κυρατάδῃ μὴ θύειν, *vetabant.* Similiter omisſum δεῖν intelligendum eſt, Α. 5, 7, 19. πάντες ἔλεγον τοὺς ἄρξαντας δοῦναι δίκην. 6, 1, 16. ¶ 19) τὰ λεχθέντα, Ε. 3, 2, 15. *de quibus inter ipſos conueniſſet.* ¶ 20) λέγουσι δέ τινες eſt formula obiectionis vel reſponſionis, Αθ. 3, 3. Κ. 12, 10. De alia eiusmodi formula v. nr. 1. d. ¶ 21) αὐτὸς τοῦτο λέγεις, *ita eſt.* v. Grot. ad Luc. 22, 70. et Wetſten. ad Matth. 26, 25. Απ. 3, 10, 15. vbi Erneſt. coniicit αὐτὸ τοῦτο λ. *illud ipſum dicis*, ſc. quod ego, quod res eſt. ¶ 22) καλῶς λέγεις, *recte*, eſt approbandi formula, Π. 1, 6, 16. 5, 5, 11. ἴσως τοι — καλῶς λέγεις, κἀγὼ ποιήσω ταῦτα. Margg. κἀγὼ οὕτω ποιήσω. Ε. 1, 5, 3. ὁ δὲ καλῶς ἔφη αὐτοὺς λέγειν, *probabiliter hoc dicere.* Απ. 2, 7, 11. οὕτω μοι δοκεῖς καλῶς λέγειν. 3, 3, 4. Ο. 1, 16. τὰ μὲν καλῶς ἔμοιγε δοκεῖ λέγεσθαι, *recte disputatione poni.* 4, 2. 5, 18. 6, 1. Σ. 7, 5. Sic κάλλιστα λέγεις, Π. 1, 6,

1, 6, 15. 2, 4, 12. 5, 1, 8. Saepe εὖ λέγειν est *probabiliter dicere, bene monere*, vt Π. 2, 1, 3. A. 5, 1, 3. E. 4, 2, 7. Aπ. 3, 9, 12. vbi etiam est ὀρθῶς λέγειν. vel *verbis bonis s. humanis et blandis vti*, Π. 2, 4, 8. εὖ τε λέγοντα καὶ εὖ ποιοῦντα παρορμᾷν. Aπ. 2, 3, 9. c. acc. Aπ. 2, 3, 8. εὖ λέγειν τὸν εὖ λέγοντα, καὶ εὖ ποιεῖν τὸν εὖ ποιοῦντα. vel *eleganter dicere*. v. nr. 2. Thom. Mag: εὖ λέγει, καὶ καλῶς λέγει, κρεῖττω ἢ εὐλογεῖ, καὶ κακολογεῖ. ¶ 23) κακῶς λέγειν, *male dicere*. Iερ. 1, 15. τοὺς λέγοντας κακῶς. Opp. τοὺς ἐπαινοῦντας. c. acc. Aϑ. 2, 18. κωμῳδεῖν καὶ κακῶς λέγειν τὸν δῆμον. Sic Aπ. 2. 2, 9. ὅταν — ἀλλήλους (Stob. ἀλλήλοις) τὰ ἔσχατα λέγωσιν, *omnibus conuiciis proscindunt, grauissime minantur*. ¶ 24) λέγειν est a) de eo, qui caussam habet ad regem, eumque conuenire de re aliqua cupit. Π. 7, 5, 14. προσεδέχετο τὸν βουλόμενον λέγειν τι. ¶ b) *dicere aliquid probabile, verum, vim quandam habens, attentione dignum*. Π. 1, 4, 20. ἔδοξέ τι λέγειν τῷ Ἀσυάγει. (5, 4, 17. pro eo est ἄξια ἐπιμελείας λέγειν.) 2, 4, 11. Aπ. 2, 1, 12. ἴσως ἄν τι λέγοις. (A. 2, 5, 4. dicitur ἀληθῆ λέγειν.) Simile fere est ὀρθῶς λέγειν, Π. 2, 4, 5. νομίσας αὐτὸν ὀρθῶς λέγειν. 5, 4, 21. O. 16, 2. vbi λέγοντες, omisso εἰσὶ, est pro λέγουσι. Cf. ὀρθῶς nr. 1. Contra μηδὲν λέγειν, Π. 8, 3, 9. est *dicere rem nullius momenti*. Omnino v. τις nr. 29. ¶ 25) Connectendi formulas parit hoc verbum, vt Π. 3, 1, 18. ὁ μὲν τοιαῦτα ἔλεγεν· ὁ δὲ Κῦρος etc. A. 3, 1, 17. ὁ μὲν ταῦτα ἔλεξεν, οἱ δὲ etc. E. 2, 4, 14. A. 3, 3, 1. τούτων λεχθέντων in consilio ἀνέστησαν. 4, 1, 18. etc. Cf. nr. 1. κ. ¶ 26) c. ἐν est *numerare*. O. 11, 20. ἐν τοῖς ἱππικωτάτοις — λεγόμενον σὲ ἐπιστάμεθα. ¶ c. κατὰ, *accusare*. E. 1, 5, 2. κατὰ τοῦ Τισσαφέρνους ἔλεγον, ἃ πεποιηκὼς εἴη. ¶ c. ὑπὲρ, *defendere*. E. 1, 7, 10. p. 54. Εὐρυπτόλεμος ἔλεξεν ὑπὲρ τῶν στρατηγῶν τάδε. De aliis praepositionibus v nr. 1. d. ¶ 27) E. 7, 2, 5. Steph. et Wells. pro λεγόντων scribunt λόγον. Et sic etiam scribi iusserat Markland. ad Lys. p. 692. ed. Reisk. Aπ. 1, 6, 5. ἡδίω σοὶ, ἃ σὺ παρασκευάζῃ, ὄντα ἢ ἐμοὶ λέγω. Valck.

Valck. et Ern. reponunt ἅ ἐγώ. 3, 1, 11. Stobaeus habet ἄγειν pro λέγειν. Alia var. lect. eſt ſupra nr. 12. et 18. in v. ἀγγέλλειν et ἀντιλέγειν nr. 2. et 4. it. in διαλέγεσθαι nr. 3. it. in δεικνύειν nr. 1. in ἐντέλλεσθαι. in ἐξάγειν. nr. 9. in γέλως, in μέλει nr. 7. in ὑπολαμβάνειν nr. 4.

Λεδρῖνοι, v. Λεπρῖνοι.

ληλασία (poet. Port.), *praedatio, populatio.* Heſych: λεηλασία· — λῃστεία, ἁρπαγή, ἀδικία. Ιερ. 1, 36. ἀκόντων παιδικῶν ἀπολαύειν, λεηλασίᾳ ἔμοι γε δοκεῖ μᾶλλον ἐοικέναι, ἢ ἀφροδιτίοις.

λεηλατεῖν (poet. Port.) *praedam agere.* v. Heſych. et Suid. qui interpretantur verbis προνομεύειν, ἐκπορθεῖν, ἁρπάζειν etc. Π. 1, 4, 20. οἱ λεηλατοῦντες. Ε. 4, 4, 15. ὀλίγοις (i. e. σὺν ὀλ.) λεηλατῶν. §. 16. 5, 2, 33. 5, 3, 1. c. ἐκ, Ε. 2, 4, 3. ὅτι ἐκ τῶν ἀγρῶν λεηλατήσοιεν. 4, 8, 30. Sic Π. 1, 4, 17. λεηλατῆσαι ἐκ τῆς Μηδικῆς, *e regione Medorum venatione feras abigere.*

λεία, *praeda.* ¶ 1) in bello facta. Heſych: λεία· ἡ ἀπὸ τοῦ πολεμίου κτῆσις, λάφυρα. Etymol. M. λεία· λαφυραγωγία, ἡ πραῖδα. Cf. Timae. lex. Plat. et Suid. Π. 3, 3, 12. περιεβάλοντο πολλὴν καὶ παντοίαν λείαν. Α. 7, 4, 1. λείαν — διατίθεσθαι. 7, 5, 1. τὴν τιμὴν τῆς λείας. Ε. 1, 2, 3. διεσκεδασμένοι ἦσαν κατὰ τὰς ἰδίας λείας. 4, 3, 14. δεκάτην τῶν ἐκ τῆς λείας (Morus e Plutarch. Ageſ. 19. vult Ἀσίας) τῷ θεῷ ἀπέθυσεν. Intelliguntur a) homines, Ιπρ. 7, 14. οὐδεμία οὕτω καλὴ λεία, ὡς αἱ φυλακαί. b) iumenta; Ammonius: λεία σημαίνει τὴν ἀπέλασιν τῶν τετραπόδων. Suid: λείας· τὰ ποίμνια, τὰ βοσκήματα. Π. 5, 4, 13. τὴν πολεμίων λείαν ἦγον, ruſticis parcentes e pactis. Antea eſt κτήνη. c) opes, Ε. 1, 3, 2. Χαλκηδόνιοι — τὴν λείαν ἅπασαν κατέθεντο ἐς Βιθυνοὺς — Ἀλκιβιάδης ἐλθὼν ἐς Βιθυνοὺς ἀπῄτει τὰ τῶν Χαλκηδονίων χρήματα. §. 3. Cum verbis eundi, Α. 5, 1, 5. ἐπὶ λείαν ἐκπορεύσονται. Ante erat ἐπὶ τὰ ἐπιτήδεια. §. 11. ἐπὶ λείαν ἐξῄεσαν. 6, 6, 2. ἐπὶ λείαν ἰέναι. §. 4. ἐπὶ λείαν τινὲς οἰχόμενοι. Ε. 3, 2, 2. c. ἄγειν, Π. 5, 3, 1. λείαν πλείστην ἄγοντες. Hic, vt §. 2. inprimis intelliguntur πρόβατα, ſed etiam mancipia. 5, 4, 8. c. λαμ-

λαμβάνειν, E. 1, 2, 3. χρήματα ἔλαβον, καὶ ἀνδράποδα, καὶ ἄλλην λείαν πολλήν. ¶ 2) venando ex hostili agro capta. Π. 1, 4, 19. ἀφήσουσι τὴν λείαν. §. 20.

λείβεσθαι (poet. Steph.), destillare. Π. 6, 4, 2. ἐλείβετο αὐτῇ τὰ δάκρυα μετὰ τῶν παρειῶν. All. αὐτῆς. Cf. Phauorin. et Suid.

λειμών, pratum. Thom. Mag: λειμὼν, τόπος δίϋγρος, ἄνθηρὰν τόχαν ἔχων. Cf omnino Poll. 1, 240. Π. 1. 4. 11. τὰ ἐν λειμῶσι (θηρία). Oppon. ἐν παραδείσῳ. E. 4, 6, 8. ἔξοδος ἐκ τοῦ περὶ τὴν λίμνην λειμῶνός τε καὶ πεδίου ξενοῦ. K. 5, 15. 9, 11. Est etiam in var. lect. pro ἰχθύς. v. ibi.

λεῖος, 1) laeuis. Aπ. 3, 10, 1. τὰ τραχέα καὶ τὰ λεῖα σώματα. Iπ. 4, 3. λεῖα τῶν σαθμῶν. Oppon. λίθους ἔχοντα. 9. 9. χαλινοὶ λεῖοι. Oppon. τραχεῖς. 10, 6. 7. 10. K. 2, 8. ¶ 2) expeditus, planus, lapidibus non asper Hesych: λείους· ὁμαλούς. A. 4. 4, 1. ἐπορεύθησαν πεδίον ἅπαν καὶ λείους γηλόφους. Hutch. vertit leniter surgentes. Aθ. 2, 12. λεία χώρα καὶ ἄξυλος. Aπ. 2, 1, 20. ex Hesiodo: λείη ὁδός. Suid; λεῖα· ὁμαλὴ ὁδός. Cf. Poll. 3, 96. et λειώδης.

λειότης, laeuitas. Tribuitur freno Iπ. 10, 6. 7.

λείπειν, ¶ 1) relinquere discedendo vel fugiendo. Π. 6, 3, 6. ὅταν ἡ δεκὰς λείπῃ τὴν σκοπήν. A. 1, 10, 9. 4, 2, 8. Φυγῇ λείπουσι τὸ χωρίον. §. 10. 5, 2, 12. 5, 4, 15. K. 3, 3. Sic λείπεσθαι dicuntur defessi, et ignaui, qui tardius progrediuntur, et a tergo relinquuntur, atque adeo serius veniunt, Π. 6, 3, 11. p. 385. τοὺς προϊόντας τοῦ καιροῦ, ἢ λειπομένους in proelio. A. 4, 5. 10. 7, 3, 23. ἕπεσθε, κἂν λειφθῆτε, τῷ ςίβῳ ἕπεσθε. ¶ 2) deserere, negligere. A. 4, 6, 13. λείπειν τὴν ὀπισθοφυλακίαν. Cf. ἴχνος, τάξις. ¶ 3) intermittere, non soluere. v. δασμὸς, φορά. ¶ 4) reliquum facere. Π. 1, 6, 19. p. 81. οὐκ οἶδ' εἴ τινα λίποις ἂν τῶν πολεμίων, viuum s. superstitem relicturus sis. 4, 2, 10. §. 12. p. 217. E. 2, 3, 18. p. 97. μηδένα λιπεῖν, neminem non morti addicere. it. de variis rebus, A. 7, 4, 1. κατακαύσας — καὶ οὐδεμίαν οἰκίαν λιπών. E. 4, 1, 14. δεῖπνον — εἴ τι λίπητε. O. 14, 2. Sic passiv. reliquum esse. De variis rebus,

rebus, Π. 2, 2, 1. p. 101. τὰ σμικρότατα λελειμμένα ἦν in patina. E. 2, 3, 24. τὸ λειπόμενον, scil. τοῦ κωνείου, *quod non ebiberat.* A. 4, 1, 4. ἐλείπετο τῆς νυκτὸς ὅσον σκοταίους διελθεῖν. De iis, qui non defecerunt, A. 2, 4, 3. Φίλος ἡμῶν οὐδεὶς λελείψεται. De iis, qui non puniuntur, E. 1, 4, 6. ἀπολλύναι τοὺς βελτίστους, αὐτοὺς δὲ μόνους λειφθέντας. De iis qui non interficiuntur, A. 3, 1, 2. ἡττηθέντων αὐτῶν οὐδεὶς ἂν λειφθείη. Aγ. 2, 24. Hinc ὁ λειπόμενος est *reliquus*, K. 8, 6. ὅπως — ἔσαι ἡ λειπομένη (intell. ὥρα, diei tempus) ἱκανή. Ιπ. 12, 12. ἕτερον ἀφιέναι, καὶ τῷ λειπομένῳ, i. e. ἑτέρῳ, np. παλτῷ.

λείπεσθαι, ¶ 1) *relinquere.* A. 1, 2, 21. λέγει ὅτι λελοιπὼς εἴη Συέννεσις τὰ ἄκρα. ¶ 2) *reliquum esse.* Π. 2, 1, 8. οὐδὲν αὐτοῖς ἄλλο ἐλελοίπει, ἢ ἀσκεῖν. ¶ 3) *inferiorem esse, cedere.* Π. 1, 5, 7. p. 54. ἣν πονῆσαι δέῃ, τούτῳ λείπωνται. In sqq est ἡττῶνται τούτου. Suid: λείπεσθαι· ἡττᾶσθαι. it. λειπώμεθα· ἡττήμεθα. E. 7, 4, 24. πλήθει ἐλείποντο. Aπ. 3, 5, 2. c. gen. A. 7, 7, 19. οὐδὲν πλήθει ἡμῶν λειφθέντες. Duo codd. ληφθ. Cf. λαμβάνειν nr 20. Aπ. 2, 4, 7. O. 18, 5. ταῦτα — οὐδὲν ἐμοῦ λείπῃ γιγνώσκων, *non minus scis quam ego.* Omnino v. λείπειν.

λειποψυχεῖν, *animi deliquium pati.* Poll. 3, 106. τὸ λειποψυχεῖν παρὰ Θουκυδίδῃ ὠνομάσαι. Moeris p. 425. ὡρακιᾶν, Ἀττικῶς· λειποψυχεῖν, Ἑλληνικῶς. E. 5, 4, 58. ἐλειποψύχησε.

λειτουργεῖν, *reipublicae vel operam vel pecuniam praestare, munus s. negotium, in quo opus est sumtibus, reipublicae causa suscipere.* v. Casaub. exercitt. Baron. 16, 4. p. 470. sqq. Nonnulli volunt scribi per η, vt Moeris p. 252. vbi tamen v. Pierson. it. Ammonius p. 89. Sed v. ibi Valckenar. p. 144. sq. Cf. Thom. Mag. p. 573. Aπ. 2, 7, 6. περιποιεῖται τοσαῦτα, ὥστε καὶ τῇ πόλει πολλάκις λειτουργεῖν, *mutua data pecunia leuaret publicam inopiam.* Quaedam λειτουργίας species commemorantur O. 2, 6. Cf. Fischeri ind. Theophrast. Bach. ad O. 2, 6. et Poll. 3, 67.

Λεῖχας, *Lichas,* Lacedaemonius E. 3, 2, 16. eum Elei victorem in Olympicis agnoscere nolunt et ignominia afficiunt.

unt. cf. Thucyd. 5, 50. Απ. 1, 2, 60. in γυμνοπαιδίαις multos peregrinos conuiuio excipit Λίχας. Ita enim h. l ſcribitur. et eadem ſcripturae varietas eſt in Thucydidis libris. v. Ruhnken.

λειώδης, *laeuis, planus.* Suid: λειώδης· ὁ ὁμαλός. Ιπ. 9. 9. ἐὰν τραχὺς (ὁ χαλινὸς), τῇ χαλκρότητι τῷ λειώδει αὐτὸν ἀφομοιοῦν, *laxando ſimile facere freno laeui.* Leuncl. mauult diuiſim: λείῳ δεῖ. Obſecutus eſt Welſ.

λεκάνιον, *patella.* Π. 1, 3, 4. ἐπὶ πάντα τὰ λεκάνια διατείνειν τὰς χεῖρας. In margg. eſt λεκανίδια, quod eſt diminutiuum a λεκανὶς, vt λεκάνια a λεκάνη. v. Steph. ad h. l. Videtur autem diminutiuum h. l. nil niſi feſtiuam elegantiam indicare. Suid: λεκάνια, καὶ λεκανίδια, καὶ λεκανίδες. Sed Phauorin: λεκάνιον, τὸ κοινόν· — τὸ δὲ Ἀττικὸν, λεκάνη.

λεκτέον, *exponendum.* Λ. 2, 13. λεκτέον μοι δοκεῖ εἶναι περὶ τῶν παιδικῶν ἐρώτων.

λεκτέος, *dicendus.* A. 5, 6, 3. p. 290. λεκτέα, ἃ γιγνώσκω.

λεκτικὸς, *dicendi peritus, eloquens.* Poll. 2, 122. λεκτικὸς παρὰ Δημοσθένει, καὶ λεκτικώτατος παρὰ Ξενοφῶντι. Π. 5, 5, 14. ὅταν που δέῃ βουλῆς, ὁ πλείστους ὁμογνώμονας ἡμῖν ποιήσας, οὗτος δικαίως ἂν λεκτικώτατός τε καὶ πρακτικώτατος κρίνοιτο ἂν εἶναι. Cf. Pierſon ad Moerin p. 249. Απ. 4, 3, 1. λεκτικοὺς καὶ πρακτικοὺς καὶ μηχανικούς. Ita Stephano auctore nunc legitur pro eo, quod olim erat, δεκτικούς. v. Steph. et Ern. ad h. l.

Λεομίθρης, *Leomithres,* Π. 8, 8, 3. dux Perſarum, relictis vxore, filiis et amicis Aegyptiorum regi obſidibus, foedus violat. Zeun. e Cod. Guelf. praetulit Ῥεομίθρης.

Λεοντιάδης, *Leontiades,* Thebanus, apud Plutarchum et in margg. apud Xenoph. ſcribitur Λεοντίδης. v. Schneider. ad E. 5, 2, 25 ex eius editione. E. 5, 2, 17 — 26. Iſmeniae infeſtus tradit Phoebidae Lacedaemonio Cadmeam, deinde ipſe Lacedaemonem profectus rem confirmat. 5, 4, 7. cum coniuratis interficitur. Cf. 5, 4, 19.

Λεοντῖνοι, *Leontini* in Sicilia. E. 2, 3, 4. a Dionyſio deficientes Syracuſis excedunt in ſuam vrbem.

Λε-

Λεοντὶς, *Leontis.* E. 2, 4, 18. tribus Atticae.

Λεόντιχος, *Leontichus.* E 5, 1, 23 dux Atheniensium, vt videtur.

Λεπρεᾶται, *ciues oppidi* Λέπρεον dicti, in finibus Elidis. v. Wass. ad Thucyd. 5, 34. E. 3, 2, 18. Λεπρεᾶται ἀποστάντες τῶν Ἠλείων. All. vitiose vel Λαιπρεᾶται, vel Λεπραιᾶται. 6, 5, 11. Λεπρεᾶται συνεστρατεύοντο τοῖς Λακεδαιμονίοις ἐπὶ τοὺς Μαντινέας.

Λεπρῖνα, *Leprina.* E. 3, 2, 21. τὰς Τριφυλλίδας πόλεις — Ἐπιτάλιον καὶ Λεπρίναν.

Λεπρῖνοι, *Leprini.* E. 3, 2, 18. Λεπρῖνοι καὶ Ἀμφίδολοι. Margg. Λετρῖνοι, quod verum videtur. 4, 2, 9 pro Λεδρίνων eodem modo leg. Λετρίνων. v. Paufan. 6, 22. p. 510.

λεπτὸς, ¶ 1) *tenuis, exilis.* Oppon. παχύς. v. Thom. Mag. qui varias huius vocabuli significationes recenset. Iπ. 1, 3. ὄνυχας — παχεῖς τῶν λεπτῶν διαφέρουσιν. K. 2, 4. λεπτοῦ λίνου. 4, 1. ὦτα μικρὰ λεπτά. §. 6. λεπτὴν τρίχα. ¶ 2) *minutus, paruus.* Π. 1, 4, 11. (θηρία) λεπτά. All. μικρά. quod videtur ex interpretamento natum esse. Saltem Thom. Mag. habet: λεπτὸν, καὶ τὸ μικρὸν καὶ ἀσθενές. K. 9, 15. πέταλα λεπτά. Leuncl. *minuta.* Sed Fr. Portus *tenuiora, i. e. leuiter.* Cf. ἀράχνιον. ¶ 3) *angustus.* K. 5, 30. lepus habet τράχηλον λεπτόν. Poll. 5, 69. τράχηλον στενόν. ¶ 4) *subtilis, obscurus.* Hesych: λεπτόν· ἀόρατον, ἀφανῆ. K. 5, 5. ἴχνη λεπτὰ τοῦ θέρους. Cf. θερμός. K. 6, 4. 6. ¶ 5) *macer, tenuis viribus.* Hesych: λεπτόν· ἀσθενές. it. λεπτή· ἀσθενὴς, ἰσχνή. Π. 5, 4, 20. λεπτὸν καὶ ἀσθενὲς, *imbelles et imbecilles.* Oppon. τὸ μάχιμον. Sic fere O. 17, 8. γῆ λεπτοτέρα statim explicatur nomine ἀσθενεστέρα, atque adeo est *minus ferax.* Cf. Poll. 1, 227.

λεπτύνεσθαι, *macrescere.* Σ. 2, 17. τοὺς ὤμους λεπτύνονται — τὰ σκέλη λεπτύνονται. Oppon. παχύνονται.

Λέσβος, *Lesbus,* insula. E. 1, 6, 19. Lesbo oppositae sunt Arginusae. 2, 2, 3. res insulae constituit Lysander. 2, 3, 17. p. 93. §. 18. p. 95. ἡ περὶ Λέσβον ναυμαχία eadem est, quae alias dicitur ad Arginusas. 4, 8, 28. 29. Thrasybulus vrbes insulae-

lae, quae omnes, praeter Mitylenen, Lacedaemoniis fauebant, Athenienſibus amicas facit. Cf. Μαλέα, Μηθύμνη, Μιτυλήνη.

Λετρῖνοι, v. Λεπρῖνοι.

Λευκὰς, *Leucas*, vrbs Acarnaniae. E. 6, 2, 2. inde Lacedaemonii naues arceſſunt. §. 14. eo fugiunt iidem victi.

λεύκασπις, *clypeo albo vtens.* Etiam ap. Liuium 44, 41. legitur *leucaſpis phalanx.* E. 3, 2, 12. Κάρας λευκάσπιδας in auxiliis habent Tiſſaphernes et Pharnabazus. Sic γέρρα λευκῶν βοῶν ſunt in anabaſi. v. βοῦς.

*λευκόθωραξ, *alba lorica vtens.* A. 1, 8, 6. in exercitu regis erant λευκοθώρακες ἱππεῖς, quos Hutch. putat habuiſſe tales loricas, quae in Cyropaedia vocantur λινοῖ θώρακες.

Λευκοροφείδης, *Leucorophides.* E. 1, 4, 9. Ἀδείμαντος Athenienſis ὁ Λευκοροφείδου. Margg. Λευκολοφείδου. Et ſic legunt Bergler. ad Ariſtoph. Nubb. 1561. et Brunck. ad eiusdem Rann. 1513. it. Hemſterhuſ. ad Lucian. T. I. p. 157. Cf. Morus in addendis.

λευκὸς, *albus.* Ag. 1, 28. E. 3, 4, 19. λευκοὺς homines διὰ τὸ μηδέποτε ἐκδύεσθαι. Vnde Heſych: λευκοί· οἱ δειλοί. O. 10, 2. ὅπως λευκοτέρα δοκοίη ἢ ἦν. Cf. βοῦς.

λευκοῦσθαι, *polire, nitidum reddere.* E. 2, 4, 16. ὅπλα, οἱ μὲν ξύλινα, οἱ δὲ οἰσύϊνα, καὶ ταῦτα ἐλευκοῦντο, *creta dealbabant et calce inducebant.* Sed *polire* proprie eſt 7, 5, 20. ἐλευκοῦντο οἱ ἱππεῖς τὰ κράνη.

Λεύκοφρυς, *Leucophrys,* Ioniae ſ. Lydiae maritimae oppidum E. 3, 2, 14. ob colloquium inſtituendum receſſit barbarorum exercitus Tralles, ſed Graeci ἐς Λεύκοφρυν, ἔνθα ἦν Ἀρτέμιδος ἱερὸν μάλα ἅγιον. Templum Dianae Leucophrynes Strabo 11, p 604 ponit circa Magneſiam. E. 4, 8, 17. ἐξ Ἐφέσου τε καὶ τῶν ἐν Μαιάνδρου πεδίῳ πόλεων Πριήνης τε καὶ Λευκόφρυος καὶ Ἀχιλλείου. v Schneider. ad locum priorem.

Λεῦκτρα, *Leuctra;* 1) vrbs Boeotiae. Ag. 2, 23. ἐν Λεύκτροις συμφορᾶς γενομένης. §. 24. ἐν τῇ ἐν Λεύκτροις μάχῃ. E. 6, 4, 4. ἐστρατοπεδεύσατο ἐν Λεύκτροις τῆς Θεσπικῆς. Sic c. ἐν; E. 5, 4, 33. 6, 5. 3. 7, 1, 24. 7, 2, 2. Sed 6, 5, 1

5, 1. ἐκ τῆς ἐπὶ Λεῦκτρα βοηθείας ἀπήγαγε τὸ στράτευμα. 2) oppidum Laconicae. E. 6, 5, 24. δυσεμβολωτάτη ἡ Λακωνικὴ ἦν δὲ καὶ ἐπὶ Λεύκτρων ὑπὲρ τῆς Μαλεάτιδος ἄλλη Φρουρά. v. Schneider. ad h. l.

Λεύσων, K. 7, 5. nomen cani imponendum.

Λέχαιον, *Lechaeum*. Harpocratione auctore fuit ἐπίνειον Κορινθίων. Cf. Strab. 8, p. 583. Pauſan. 2, 2. p. 114. Κορινθίοις δὲ τοῖς ἐπινείοις τὰ ὀνόματα Λέχης καὶ Κεγχρίας ἔδοσαν, Ποσειδῶνος εἶναι καὶ Πειρήνης τῆς Ἀχελώου λεγόμενοι. Ap. Ptolemaeum 3, 16. ſcribitur Λεχαῖον. Ag. 2, 17. τὰ στενὰ εἰς Κόρινθον, αἱρεῖ τὰ ἐπὶ τὸ Λέχαιον τείνοντα τείχη. All. Λέχεον. E. 4, 4, 7. τὰ κατατείνοντα ἐπὶ Λέχαιον τείχη. §. 13. diruuntur. §. 17. §. 18. reſtituuntur ab Athenienſibus. 4, 5, 7. τὸ τῆς ἐν Λεχαίῳ μόρας πάθος. §. 8. ἐς τὸ πλατὺ τοῦ Λεχαίου. §. 10. ἐστρατοπεδεύσατο περὶ τὸ Λέχαιον. Leuncl. perperam hic dicit eſſe vrbem Boeotiae. §. 11. ἐν Λεχαίῳ. §. 12. 14. 17. 19. 4, 8, 10. 23. 5, 1, 26.

λέχριος, *obliquus*. Heſych: λέχριον· πλάγιον, λοξόν. it. λεχρίη· πλαγία. Suid: λέχριος· πλάγιος. Cf. Spanhem. ad Callimach. h. in Del. 336. K. 4, 3. canes ἰχνευέτωσαν — τιθεῖσαι τὰς κεφαλὰς ἐπὶ γῆν λεχρίας.

λέων, *leo*. H. 1, 4, 7. λέοντες. 1, 5, 7. p. 54. ὑδροποσίαν ῥᾷον τῶν λεόντων φέρετε. 1, 6, 19. p. 75. λέουσι — ἐμάχεσθε. 4, 6, 2. p. 257. K. 11, 1.

Λέων, *Leo*. ¶ 1) Salaminius. v. Plat. apol. Socr. 20. ibique Fiſcher. not. 15. E. 2, 3, 18. p. 96. interficitur a triginta tyrannis. ¶ 2) Ephorus eponymus anni decimi quarti belli Peloponneſiaci, E. 2, 3, 7. ¶ 3) vnus decem praetorum, qui ad Arginuſas pugnarunt. E. 1, 5, 10. 1, 6, 10. Sed verum eius nomen Palmerio videtur fuiſſe Λυσίας, quia ſic nominatur E. 1, 6, 21. et 1, 7, 1. v. Mori examen II. et Schneider. ad E. 1, 5, 10. (16.) ¶ 4) Athenienſium legatus ad Perſas. E. 7, 1, 23. 25. 26.

Λεώνυμος, v. Κλεώνυμος.

λεωργὸς (poet Port.), *audax*. Etymol. M. λεωργὸς, ὁ τῶν ἀνθρώπων πλάστης. ἐπίθετον Προμηθέως παρὰ Αἰσχύλῳ. Heſych: λεωργόν· κακοῦργον, πανοῦργον, ἀνδροφόνον. Poll. 3, 134. τὸ λεουργὸς παρὰ Ξενο-

Ξενοφῶντι φορτικόν. Sed λεωργὸς habet etiam Suidas, et explicat, πάντολμον. Απ. 1, 3, 9. Socrates Critobulum, quia Alcibiadem osculatus erat, vocat θερμουργότατον καὶ λεωργότατον.

Λεωτυχίδης, *Leotychides.* E. 3, 3, 1 — 3. Agidis filius, qui tamen Alcibiadis credebatur, cum Agesilao de regno contendit et inferior discedit. §. 2. genitiuus est Λεωτυχίδου, sed Αγ. 1, 5. Λεωτυχίδα.

λήγειν, ¶ 1) *desinere, finem facere.* Π. 2, 4, 16. ἐθήρα — ἐπεὶ δ' αὖ ἔληξεν, ἐδειπνοποιεῖτο. Αγ. 2, 20. c. gen. Π. 2, 4, 16. ἐπεὶ δ' ἔληξαν τῆς θήρας — ἐδειπνοποιήσατο. Ιπρ. 3, 4. c. particip. Αγ. 11, 2. ὑμνῶν οὔποτ' ἔληγεν. Απ. 4, 6, 1. O. 1, 3. ¶ 2) *finiri, finem habere.* Π. 2, 2, 9. ταῦτα μὲν δὴ ἐνταῦθ' ἔληξεν. 4, 5, 10. σὺν τῷ φόβῳ λήγοντι ἄπεισι A. 3, 1, 7. ἐπειδὰν τάχιστα ἡ στρατεία λήξῃ, *finita expeditione.* 4, 5, 3. ἔδοξε λῆξαι τὸ χαλεπὸν τοῦ πνεύματος. 7, 6, 6. ἡ ἡμέρα οὕτως ἔληξε. Αγ. 2. 14. ἐπεὶ ἔληξεν ἡ μάχη. E. 7, 1, 22. ληξάσης τῆς μάχης. Πο. 1, 3. πρωϊαίτατα μὲν ἄρχεται, ὀψιαίτατα δὲ λήγει, np. fruges terrae. Hic vertunt *deficiunt.* E. 3, 3, 5. ληγούσης τῆς θυσίας. 7, 1, 5. νυκτεριναὶ φυλακαὶ ἔληγον Σ. 4, 4. ὁ λόγος ἔληγεν. c. dat. Π. 5, 3, 4. μήποτέ σοι λήξειεν αὕτη ἡ μεταμέλεια, *utinam te perpetuo huius rei poeniteat.* Cf. ἐνιαυτός, λόγος, πόλεμος, σκηνή, χειμών. ¶ 3) *priuari, amittere.* c. gen. Αγ. 1, 37. ἐπεὶ οἱ Ἀθηναῖοι τῆς ἀρχῆς ἔληξαν, *cum Athenienses desierant principatum* s. *imperium tenere.* Απολ. 8. λῆξαι τοῦ βίου, *mori.* Videtur mors lenis intelligi.

λήθειν, ¶ 1) *latere, clam agere.* Π. 2, 4, 10. σύμφορον τὸ λεληθέναι ἡμᾶς ταῦτα βουλεύοντας, *nos clam haec consilia inire.* A. 7, 3, 23. τοὺς ἀνθρώπους λήσομεν ἐπιπεσόντες, *eos adoriemur antequam nos adesse senserint.* Αγ. 6, 5. O. 7, 31. ἀτακτῶν τοὺς θεοὺς οὐ λήθει. Vbi tamen rectius verba ἀτ. τ. θεοὺς referantur ad praecedentia, et commate posito separentur a sequentibus. Ιπρ. 4, 15. ¶ 2) *ignorare.* c. acc. Απ. 2, 3, 11. ἤθησαί με ἐπιστάμενον, ὃ ἐγὼ εἰδὼς λέληθα ἐμαυτόν. O. 15, 11. 18, 9. 10. Σ. 3, 6. οὐδὲν

οὐδέν σε λέληθε — πῶς ἂν λελήθοι ἀκροώμενον αὐτῶν. c. ὅτι, Ἱερ. 3, 3. οὐ λέληθεν οὐδὲ τὰς πόλεις, ὅτι ἡ φιλία μέγιστον ἀγαθόν ἐστι. Σ. 3, 6. ἐκεῖνο δὲ λέληθέ σε, ὅτι καὶ οἱ ῥαψῳδοὶ ἐπίστανται τὰ ἔπη; 6, 2. c. περὶ, Ἱερ. 2, 5. τὸ πλῆθος περὶ τούτου λεληθέναι οὐ θαυμάζω. In ſqq. eſt ἀγνοεῖν. ¶ 3) Π. 1, 6, 1. ὡς οὐδένα ἂν λήσαντα τὰ σημεῖα, *quod nemini occulta eſſe poſſent.* Cum vero aoriſtus λήσας vix reperiatur, praeferenda videtur vett. editt. lectio οὐδὲν ἄλλο αὔσαντα, *nihil aliud clamare ſolerent.* ¶ 4) *negligi, non curae eſſe.* Σ. 4, 48. οὔποτε λήθω αὐτοὺς, np. deos. ¶ 5) De iis, quae paulatim fiunt, Αθ. 1, 19. λελήθασι μανθάνοντες, *paulatim diſcunt.* Cf. omnino λανθάνειν.

λήθη, *obliuio.* Απ. 2, 1, 33. μετὰ λήθης ἄτιμοι κεῖνται, *ita vt nemo eorum recordetur.* Sed ſaepius λήθη eſt eorum, qui facultatem memoriae non habent, vt Απ. 3, 12, 6. it. c. gen. Απ. 1, 2, 21. ὁρῶ — τῶν λόγων τοῖς ἀμελοῦσιν λήθην ἐγγιγνομένην. Ο. 12, 11.

λῄζεσθαι (poet. Port.), ¶ 1) *praedari.* Π. 3, 2, 12. τῶν Χαλδαίων, οἳ λῃζόμενοι ζῶσι — ἀεὶ ἐλῄζοντο καὶ ἐμισθοφόρουν. Α. 5, 1, 6. 6, 6, 1. Ε. 1, 1, 12. Ιπρ. 8, 2. 8 c. ἐκ, Α. 6, 1, 1. λῃζόμενοι ἐκ τῆς Παφλαγονίας. Ε. 5. 1, 1. Sic Π. 3, 2, 1. τῶν ὀρέων, ὁπόθεν οἱ Χαλδαῖοι καταθέοντες λῄζονται. ¶ 2) *praedando infeſtare* regionem. Suid: λῄζεται· — πορθεῖ, ἐρημοῖ. c. acc. Α. 4, 8, 17. ἐλῄζοντο τὴν Κολχίδα. 7, 2, 18. ¶ 3) *rapere, raptum abigere.* Suid: λῄζεται, αἰτιατικῇ· αἰχμαλωτίζει, διαρπάζει. Cf. Heſych: Α. 7, 3, 15. ἵππους, ἄνδρας — γυναῖκας, οὓς οὐ λῄζεσθαι δεήσει. 7, 5, 8. Ιπρ. 4, 20. θηρίων δυναμένων τὰ τοιαῦτα φρονίμως λῄζεσθαι. In praecedentibus eſt ἁρπάζειν. Camerarius refert ad voces Herodoteas.

ληΐς (poet. Port.), *praeda.* Λ. 13, 11. ληΐδα ἄγων, afferens ad regem.

Λῆμνος, *Lemnus*, inſula maris Aegaei infra Thraciam. Ε. 4, 8, 15. timent Athenienſes, ne in pace Antalcidae eam amittant. Sed 5, 1, 28. eam in illa pace retinent, quia iam diu habuerant.

ληπτέον, ¶ 1) *accipere oportet.* Λ. 9, 5. πληγὰς ὑπὸ

ὑπὸ τῶν ἀμεινόνων ληπτέον. ¶ 2) *eligere oportet.* Π. 8, 1, 3. ᾔδει, ὅτι — ἐκ τούτων αὐτῷ καὶ παραστάτας καὶ ἐπιστάτας ληπτέον εἴη. ¶ 3) *aggredi ſ. tractare oportet.* Απ. 1, 7, 2. ἔργον γε οὐδαμοῦ ληπτέον. Valckenar. vult ἔργου. Schneiderus fortaſſe rectius dicit, eſſe h. l. verbum ἐργολαβεῖν disiunctum, ita vt ſenſus ſit: *non oportet opere conducendo et faciendo ſcientiam tuam aliis ſpectandam dare.* Cf. πιστὸς nr. 7. et πεῖρα nr. 3. b.

λῆρος, *nugae.* A. 7, 7, 24. Ἡρακλείδῃ λῆρος πάντα ἐδόκει εἶναι.

λῃστεία, *praedatio, latrocinium.* A. 7, 7, 5. ἀπὸ λῃστείας τὸν βίον ἔχοντα. E. 6, 2, 1.

λῃστήριον, *praedatorum agmen.* E. 5, 4, 42. ἐκπέμπων λῃστήρια, ἔφερε καὶ ἦγε τοὺς Θηβαίους.

λῃστής, ¶ 1) *latro, praedo.* Π. 2, 4, 17. p. 136. εὐζώνους ἄνδρας λῃσταῖς ἐοικότας. E. 6, 4, 35. ἄδικος λῃστὴς καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν. Ιερ. 1, 36. Ιππ. 7, 8. ἢν ὡς λῃσταῖς αὐτοῖς χρῆται, *ſi per inſidias aggreditur hoſtes.* Nam oppon. ἐκ τοῦ ἐμφανοῦς διακινδυνεύειν. 8, 8. λῃσταὶ οἱ κατὰ θάλατταν. Phauorin: λῃσταί· οἱ πειρᾶται. Cf. ὑποτρέχειν. ¶ 2) *qui regionem infeſtat.* E. 4, 8, 35. Ἀναξίβιος καὶ Ἰφικράτης, λῃστὰς διαπέμποντες, ἐπολέμουν ἀλλήλοις. 5, 1, 5. οἱ Ἀθηναῖοι πράγματα εἶχον ὑπὸ τῶν λῃστῶν, i. e. ab Aeginetis. Sic §. 26. ¶ 3) *qui praedatum exit.* E. 2, 4, 17. λῃστὰς τῶν ἐκ τοῦ Πειραιῶς, Cf. Grot. ad Matth. 21, 13. ¶ 4) *qui praedam fecit.* A. 6, 6, 15. διασώσειε τοῖς λῃσταῖς τὰ χρήματα. Αγ. 1, 28. E. 3, 4, 19. ¶ 5) *qui habet nauem piraticam atque adeo velocem.* E. 2, 1, 20. ἔπεμψε Θεόπομπον Μιλήσιον λῃστὴν εἰς Λακεδαίμονα.

λίαν (poet. Port.), *nimis, valde.* A. 6, 1, 18. ἐκεῖνο ἐννοῶ, μὴ λίαν (2 codd. νῦν) ἂν ταχὺ σωφρονισθείην. 7, 6, 17. λίαν εἰς ἐμὲ ἀχάριστοι. Αγ. 5, 4. σωφρόνημα καὶ λίαν μανικόν. c. ſubſtant. E. 2, 1, 6. τὴν λίαν ὕβριν, *nimiam.* O. 20, 21. αἱ λίαν ἀνεπιστημοσύναι.

Λιβύη, *Africa.* Απ. 2, 1, 10. ἐν τῇ Λιβύῃ Καρχηδόνιοι ἄρχουσι, Λίβυες δὲ ἄρχονται.

Λιβυκὸς, *Africanus.* Π. 6, 2, 4. Λιβυκὴ διφρεία. Alias dicitur Κυρηναίων. v. Κυρ[illegible]

Λίβυς, ¶ 1) *Afer.* v. Λιβύη. ¶ 2) *Libys*, frater Lysandri. E. 2, 4, 19. Λίβυν nauarchum secum sumit Lysander, obsessurus Athenas.

λιγυρὸς proprie est *stridulus.* K. 4, 1. canes habere debent οὐρὰς — λιγυράς. Leuncl. et Fr. Portus vertunt *flexiles.* Etiam Poll. 5, 59. habet λιγυραί. Sed Vlitius ad Grat. Falisc. 272. mauult ὑγρὰς, nisi λιγυραὶ dicantur caudae, *quae, dum hac illac in cursu iactantur, sibilum edunt.* Sane Arrianus de venat. 5, 9. laudat οὐρὰς ὑγρὰς, εὐκαμπεῖς.

λίθινος, *lapideus.* A. 3, 4, 4. κρηπὶς λιθίνη. §. 5. Λ. 3, 6. ἐκείνων φωνὴν ἧττον ἂν ἀκούσαις ἢ τῶν λιθίνων, *quam si lapidei essent*, i. e. statuae. Zeun. omissum statuit ἀγαλμάτων.

λιθίνως, *saxi instar*, i. e. *fixis et immotis oculis.* Σ. 4, 24. ὥσπερ οἱ τὰς Γοργόνας θεώμενοι λιθίνως ἔβλεπε πρὸς αὐτὸν, καὶ λιθίνως οὐδαμοῦ ἀπῄει ἀπ' αὐτοῦ. Alterum λιθίνως durum est. Quare Steph. vult λίθινος, quod Zeun. recepit, Valcken ad Eurip. Phoenn. 438. ἅτε λίθινος, Ernestio videbatur plane delendum esse.

λιθοδόμος, v. λιθοτόμος.

λιθολόγημα, *opus ex lapidibus exstructum.* Poll. 7, 121. inter οἰκοδόμων ἔργα refert λιθόστρωτον ἔδαφος καὶ λιθολόγημα καὶ λελιθωμένον. Hesych: λιθολόγημα· ἐκ λίθων οἰκοδόμημα. Π. 6, 3, 11. p. 384. οἰκίας ἄνευ λιθολογήματος ὀχυροῦ — οὐδὲν ὄφελος, *sine pariete lapideo.*

λιθολόγος, *qui e lapidibus exstruit, faber murarius.* Hesych. et Suid: λιθολόγοι· οἰκοδόμοι. Cf. Poll. 1, 161. et Timae. lex. Platon. ibique Ruhnken. qui ostendit, λέγειν in verbis compositis interdum esse οἰκοδομεῖν. it. Thom. Mag. in v. λατόμος. E. 4, 4, 18. ἐλθόντες μετὰ λιθολόγων καὶ τεκτόνων — ἐξετείχισαν. 4, 8, 10. πολὺ τοῦ τείχους ὤρθωσε — τέκτοσι καὶ λιθολόγοις μισθὸν διδούς. Eodem modo Σ. 4, 4. iunguntur τέκτονες καὶ οἰκοδόμοι.

λίθος, ¶ 1) *lapis.* A. 3, 4, 6. ἦν ἡ κρηπὶς λίθου ξεστοῦ κογχυλιάτου. Aπ. 3, 1, 7. distinguuntur λίθοι, πλίνθοι καὶ κέραμος. 4, 7, 7. λίθος ἐν πυρὶ ὢν οὔτε λάμπει οὔτε πολὺν χρόνον ἀντέχει. Cf. ἄχρηστος et ὀλισθηρός. A. 5, 2. 11. λίθοι memorantur inter

βέλη.

βέλη. v. βέλος. Πο. 4, 45. contemtim et fere prouerbialiter dicitur: πολέμιοι — ἀργυρίτιδος κρατήσαντες, τί ἂν μᾶλλον, ἢ λίθοις ἔχοιεν χρῆσθαι; ¶ 2) In plurali: *locus lapidoſus.* K. 5, 15. εἰς τὰς νάπας, τὰ ῥεῖθρα, τοὺς λίθους. §. 18. ¶ 3) *marmor,* v. c. Hymettium et Pentelicum. v. Wetſten. ad Act. 17, 29. Πο. 1, 4. πέφυκε λίθος ἐν αὐτῇ ἄφθονος, ἐξ οὗ κάλλιστοι ναοὶ — βωμοὶ — θεοῖς ἀγάλματα. Ita iam h. l. explicat Fr. Portus.

λιθοτομία, *lapicidina.* E. 1, 2, 9. οἱ αἰχμάλωτοι Συρακούσιοι εἰργμένοι τοῦ Πειραιῶς ἐν λιθοτομίαις.

λιθοτόμος, *lapicida, caementarius.* Π. 3, 2, 5. τέκτονες καὶ λιθοτόμοι. Edd. aliae, vt Hutch. habent λιθοδόμοι, *qui e lapidibus murum ſtruunt.* Et ſic e tertio τῆς Παιδείας Xenophontis laudat Poll. 7, 118. vbi tamen in MSS. eſt λιθοτόμον. Idem etiam 1, 161. refert λιθοδόμους. Sed Pierſonus ad Moerin in v. λιθουργοὺς vult h. l. legi λιθολόγοι, quia etiam aliis in locis Xenophon iungit λιθολόγους et τέκτονας.

λιθώδης, *lapidoſus.* Ιπ. 4, 4. ἐν ὁδῷ λιθώδει.

λικμᾶν, *ventilare.* Heſych: λικμῶντες· ἀλοοῦντες, ἢ τὰ ἄχυρα ἀπὸ τοῦ σίτου διαχωρίζοντες. Cf. Suid. O. 18, 2. οἱ λικμῶντες. §. 6. καθαροῦμεν τὸν σῖτον λικμῶντες. §. 7. 8.

λιμὴν, *portus.* Π. 5, 4, 3. δοκεῖν χρὴ ἀσμένως καὶ ἡδέως ὥσπερ εἰς λιμένα ἐκ χειμῶνος προσφέρεσθαι αὐτοὺς ad Cyrum. A. 6, 4, 1. pedibus profecti ηὐλίζοντο ἐπὶ τοῦ αἰγιαλοῦ πρὸς (all. ἐν) τῷ λιμένι. τὸ δὲ χωρίον τοῦτο, ὃ καλεῖται Κάλπης λιμήν. §. 2. vberius deſcribitur. Πο. 3, 12. καταγώγια περὶ λιμένας. 4, 40. ἐν λιμένι τὰς ἀγορὰς αὐξάνεσθαι. E. 1, 5, 7. 3, 2, 8. 4, 4, 9. 12. 5, 2, 12, p. 300. 6, 2, 5. Ιερ. 4, 7. λιμένων. 11, 2. λιμέσι. Cf. λίμνη.

λίμνη, *ſtagnum.* Λ. 15, 6. πρὸς τῇ οἰκίᾳ regis λίμνη ὕδατος ἀφθονίαν παρέχει. E. 3, 2, 14. 4, 6, 6. 8. Sed E. 4, 5, 6. pro περὶ τὴν λίμνην Leunclauio recte videtur reponendum eſſe π. τὸν λιμένα. In edd. vett. deeſt articulus.

λιμὸς, *fames.* Π. 4, 4, 2. οὐ λιμῷ ἀποκτενοῦμεν αὐτοὺς, np. captiuos, *cibum iis praebere debemus:*

mus. 7, 5, 4. λιμῷ ἁλῶναι dicitur vrbs. A. 2, 5, 3. p. 111. λιμὸν ὑμῖν ἀντιτάξαι. E. 1, 4, 4. Θάσον ἔχουσαν κακῶς ὑπὸ — λιμοῦ. 1, 5, 13. εἷλον Ἀκράγαντα λιμῷ. (2, 2, 14. eſt σπάνει σίτου.) 2, 2, 6. ἀποθνησκόντων — λιμῷ πολλῶν. Aπ. 1, 4, 13. λιμὸν ἢ δίψος. 3, 8, 3. ἀγαθὸν λιμοῦ, *famis remedium.* Sic §. 7. vbi etiam eſt λιμοῦ κακόν, *quod famem auget.* 3, 11, 13. Cf. ἀπόλλυσθαι, μάχεσθαι, ὄψον, πιέζειν, φέρειν. Eleganter Aπ. 3, 11, 14. meretrix dicitur λιμὸν ἐμποιεῖν τῳ.

λῖνον, *linum.* Aθ. 2, 11. λίνῳ πλουτεῖ πόλις — λῖνον. §. 12. ὅπου λῖνόν ἐςι πλεῖςον. K. 2, 4. τὰς ἄρκυς Φασιανοῦ ἢ Καρχηδονίου λεπτοῦ λίνου.

†λῖνος, *filum lineum.* K. 10, 2. πέντε καὶ τετταράκοντα λίνοι etc.

λινοῦς, *lineus.* Π. 6, 4, 1. Abradates ἔμελλε τὸν λινοῦν θώρακα, ὃς ἐπιχώριος ἦν αὐτοῖς, ἐνδύεσθαι. Qua ratione hae loricae ita induruerint, vt ferro refiſterent, docet Caſaub. ad Sueton. Galb. 19. p. 202. cf. Lipſ. de milit. Rom. lib. 3. dial. 6. et Zeun. A. 4, 7, 10. Chalybes habent θώρακας λινοῦς μέχρι τοῦ ἤτρου. 5, 4, 6. λινοῦ ςρωματοδέσμου.

λιπαρεῖν, (poet. Port.), *aſſidue precari, inſtare rogando, obſecrare.* Suid: λιπαρεῖν· τὸ καθικετεύειν. παρὰ τὸ λίαν παρεῖναι. Nam λιπαρίη ap. Herodot. eſt tolerantia. Π. 1, 4, 6. οὐκέθ' ὁμοίως λιπαρεῖν ἐδύνατο Cyrus, vt auus ſibi permitteret venatum exire. E. 3, 5. 8. p. 182. ὑπ' ἐκείνων λιπαρούμενοι, Graeci a Lacedaemoniis, vt ſecum foedus inirent. Schneider. legi iubet ταλαιπωρούμενοι, quo magis ſuſpicio odii Arcadum in Lacedaemonios augeatur. O. 2, 16. ὅσα λιπαρεῖς παρ' ἐμοῦ μανθάνειν Poteſt h. l. ſimpliciter accipi pro *petis, poſtulas.*

λιπαρητέον, *deprecandum.* Aπολ. 23. τὸ μὴ ἀποθανεῖν οὐκ ᾤετο λιπαρητέον εἶναι.

λιπαρὸς, ¶ 1) *nitidus, vnctus.* Suid: λιπαρός· ἀνθηρὸς — ςίλβει γὰρ καὶ τὸ ἔλαιον. ἀντὶ τοῦ ἀληλειμένος. A. 9, 5. λιπαρὸν οὐ πλανητέον. Leuncl. *nitidus vnctusque non incedere debet,* ſcil. e gymnaſio vel conuiuio. Fr. Portus addit: *ſed ſqualidus.* Morus coniicit λιπαρῶς, *aſſidue, frequenter.* E. 6, 4,

6, 4, 16. λιπαροὺς (e balneo, Fr. Port.) καὶ φαιδροὺς ἀναστρεφομένους. Ap. Plutarch. Agesl. c. 29. vocantur λιπαροὶ τὰ πρόσωπα, φρονήματος μεστοὶ καὶ γήθους, ita vt Plutarchus nomina λιπαροὺς et φαιδροὺς in Xenophonte videatur pro idem valentibus habuisse. Sed fortassis imitari voluit Homerum, apud quem Odyss. ο, 331. memorantur λιπαροὶ κεφαλὰς καὶ καλὰ πρόσωπα, vbi Eustathius p. 1783, 18. interpretatur his verbis: οἱ τρυφῶντες, ὅ ἐστι λιπῶντες, ὡς ἀπὸ μέρους εἰπεῖν τὸ πᾶν σῶμα. οἱ δὲ τοιοῦτοι οὐκ ἂν εἶεν ῥυσοὶ ἢ ῥικνοὶ κατὰ τοὺς ἀλιπεῖς. οὐ μόνον δὲ κεφαλαὶ λιπαραὶ, ἀλλὰ καὶ πόδες. Vnde intelligi potest, cur in loco Plutarchi nonnulli legant λιπαροὶ τά τε σώματα καὶ τὰ πρόσωπα. Pollux 2, 34. vbi laudat eundem Homeri locum, oppositum esse dicit αὐχμηρόν. Equidem putauerim, λιπαροὺς ap. Xenophontem esse *capite* s. *coma vnctos*, quos Cicero Catil. 2, 10. appellat *pexo capillo* et *nitidos*. Απ. 2, 1, 31. λιπαροὶ διὰ νεότητος τρεφόμενοι, *lauti*. Oppon. αὐχμηροί. Sed fortassis simul ad pinguedinem referendum est. Hesych: λιπαροῖσιν· εὐτραφεστέροις, πλουσιωτέροις. ¶ 2) *pinguis, opimus*. Π. 1, 4, 11. λιπαρὰ (θηρία) opponuntur λεπτοῖς.

λιτανεύειν (poet Port.), *precari, supplicare, quiritari*. Ε. 2, 4, 17. τούτους Λυσίμαχος ἀπέσφαξε, πολλὰ λιτανεύοντας.

λιτὸς, *tenuis, frugalis*. Suid: λιτός· εὐτελής. Επ. 1, 8. ἀντὶ διαίτης λιτῆς.

Λίχας, v. Λείχας.

λιχνεία, *luxuria*. Hesych: λιχνεία· λιμβία, ἀπληστία. Suid. λιχνεία· πύκνωσις. Λ. 5, 4. ἢ ὑπὸ λιχνείας ἢ οἰνοφλυγίας — διαφθείρειεν Ο. 1, 22. δοῦλοι λιχνειῶν, λαγνειῶν, οἰνοφλυγιῶν.

λίχνος, *luxuriosus*. Hesych: λίχνος· ὀψοφάγος, λαίμαργος, λιμβὸς, — προαπτόμενος, ἐπιθυμῶν. Sic fere Phauorin. qui etiam haec habet: ὁ προαπτόμενος τῶν ὄψων, καὶ κατεπιθυμῶν, παρὰ τὸ λίαν χαίνειν ἢν ἰχαίνειν, ὅ ἐστι ἐπιθυμεῖν. Cf. Suid. Απ. 1, 2, 2. λίχνους, ἢ ἀφροδιτίων ἀκρατεῖς.

λογίζεσθαι, ¶ 1) *computare, rechnen, berechnen*. Π. 8, 2, 10. λόγισαι πόσα ἐστὶν ἕτοιμα χρήματα — λέγεται λογιζόμενος πολλαπλάσια εὑρεῖν. Ε. 6, 1, 7. ὁ-

ὁπλῖται ἐλογίσθησαν οὐκ ἐλάττους δισμυρίων. Antea erat ἐγένοντο, *reperiebantur*. c. ὡς, E. 3, 5, 16. ἐλογίζοντο numeros comparando τὸ ἱππικὸν, ὡς τὸ μὲν ἀντίπαλον πολὺ, τὸ δὲ αὐτῶν ὀλίγον εἴη. Poteſt tamen h. l. exponi *perpendebant*. c. acc. abſoluto, E. 6, 1, 5. λογισάμενοι τὰς ἔξω μόρας ὅσαι αὐτοῖς εἶεν. c. εἰς, Π. 3, 1, 19. χρήματα σὺν τοῖς θησαυροῖς — ἐστιν, εἰς ἀργύριον λογισθέντα, τάλαντα πλείω τῶν τρισχιλίων, *pecuniae cum paternis pecuniis ad argentum redactae ad pretium argenti computatae*. ¶ 2) *reputare, perpendere*. c. acc. Αθ. 3, 13. ταῦτα χρὴ λογιζόμενον μὴ νομίζειν etc. c. acc. et inf. E. 3, 5, 5. καιρὸν εἶναι ἐξάγειν. Leuncl. *ſuccurrebat animis*. c. ὅτι, E. 2, 4, 19. λογισάμενος ὅτι οἷόν τε εἴη. c. ὡς, E. 6, 4, 6. ἐλογίζοντο, ὡς εἰ μὴ μάχοιντο — ἀποστήσονται. Cf. nr. 1. Poſſit autem h. l. exponi *timebant*, vt c. acc. abſoluto, E. 6, 5, 24. ἐλογίζοντο δὲ καὶ τοῦτο, ὡς καὶ συνελθοῦσαν ἂν τὴν δύναμιν, καὶ μάχεσθαι ἂν αὐτούς. Eſt ſyntaxis ἀνακόλουθος. Debebat enim ὡς abeſſe, et vel bis participium poni, vel bis infinitiuus O. 7, 13. ¶ 3) *conſiderare*. Π. 2, 2, 7. εὑρήσειν, ἢν ὀρθῶς λογίζῃ, ἐμὲ ἀληθῆ λέγειν. 6, 2, 10. λογιζόμενος εὑρίσκω πλειόνων ἡμερῶν ὁδόν. ¶ 4) *conſiderando intelligere*, i. q. εὑρίσκειν. Π. 1, 6, 8. ὅταν — σκοπῶν λογίζωμαι. ¶ 5) *rationum pondera examinare*. E. 6, 1, 4. p. 359. μηδὲν πίστευε — ὅ τι ἂν μὴ λογιζομένῳ ἀληθὲς φαίνηται. ¶ 6) *putare*. Π. 1, 2, 11. μίαν ἄμφω ταύτας τὰς ἡμέρας λογίζονται. Vt nos: *ſie rechnen ſie für einen*. Πο 4, 5, E. 6, 1, 4. p. 361. εἰ δὲ εἰκότα λογίζομαι, *ſtatuo*. Ante erat νομίζω. Απ. 3, 9, 6. Π. 8, 1, 4. pro ἐνόμιζε in margg. eſt ἐλογίζετο, quod praeferendum videtur, et verti poteſt *ſperabat*. Similis var. lect. eſt in v. οἴεσθαι nr. 1, i. ¶ 7) *credere*. Πο. 4, 43. λογίζομαι — οἷόν τ' εἶναι E. 6, 4, 6. ἐλογίζοντο κρεῖσσον εἶναι. c. ἂν Πο. 4, 34. εἴ τινες λογιζόμενοι παμπόλλης ἂν δεῖν ἀφορμῆς. ¶ 8) *ſperare*. c. inf. A. 2, 2, 6. λογιζόμενοι ἥξειν. c. ὡς, Π. 7, 5, 18. ἐλογιζόμην — ὡς οἰκεῖός σοι ἐσοίμην. E. 6, 4, 12. ¶ 9) De rebus praeteritis: *in memoriam reuocare*, E. 3, 4, 2.

λογιζόμενος ὡς ἐσώθη. 3, 5, 16. ¶ 10) *argumentando colligere.* E. 6, 1, 4. p. 357. ὅτι — δυναίμην — ἔξεσί σοι ἐκ τῶνδε λογίζεσθαι. Ατ. 2, 3, 2. δύναται λογίζεσθαι, ὅτι κρεῖττον. Oppon. ἀγνοοῦσι. c. inf. Αγ. 7, 3. εὐδαίμονα αἰεὶ ἔσεσθαι τὴν πατρίδα λογιζόμενος. Poſſit tamen h. l. reddi *ſperans.* Sed *disputando concludere* explicat Hutch. Π. 1, 6, 7. ἅ ποτε ἐλογιζόμεθα. §. 6. pro eo eſt ἐδόκει ἡμῖν. Cf. Raphel. ad Rom. 3, 28. ¶ 11) *conſilium admittere.* E. 5, 4, 61. ταῦτα λογισάμενοι — ἐπλήρωσαν. ¶ 12) *rationes* ſ. *conſilium ſequi.* Π. 8, 1, 9. τὴν τῶν μεθ' ἑαυτοῦ εὐσέβειαν — ἀγαθὸν ἐνόμιζε, λογιζόμενος, ὥσπερ οἱ πλεῖν αἰρούμενοι μετὰ τῶν εὐσεβῶν. Cf. ἂν et λογισμὸς, nr. 3 vbi c. περὶ iungitur.

λογισμὸς, ¶ 1) *numerandi ratio.* Suid: λογισμός· ἡ λογιςικὴ τέχνη. Ατ. 4, 7, 8. λογισμοὺς μανθάνειν. Fr. Portus *arithmeticam.* ¶ 2) *computatio, rationes.* Ατ. 4, 2, 21. λογισμὸν ἀποφαινόμενος τὸν αὐτὸν, *numerorum eorundem rationes ſubducens* ſ. *computans.* ¶ 3) *ratiocinandi facultas.* Ατ. 4, 3, 11. τοὺς θεοὺς — λογισμὸν ἡμῖν ἐμφῦσαι, ᾧ περὶ ὧν αἰσθανόμεθα, λογιζόμενοι καταμανθάνομεν. ¶ 4) *argumentum, cauſſa.* E. 3, 4, 2. πρὸς τούτῳ τῷ λογισμῷ, *praeter allatas cauſſas.* §. 26. τοῦτο ἐποίησαν τοιῷδε λογισμῷ, *eo fere conſilio.*

λογιστικὸς, ¶ 1) *arithmetices peritus.* Ατ. 1, 1, 7. Cf. Poll. 4, 163. ¶ 2) *conſideratus, prudens.* E. 5, 2, 19. οὐ λογιςικός γε οὐδὲ φρόνιμος.

λογοποιεῖν, *conſingere,* Suid: λογοποιῶν· πλάττων λόγους ψευδεῖς. Π. 2, 2, 6. ἐν ᾠδαῖς καὶ λόγοις οἰκτρὰ ἄττα λογοποιοῦντες εἰς δάκρυα πειρῶνται ἄγειν. Leuncl. *commenti.*

λογοποιὸς, *hiſtoricus.* Moeris: λογοποιὸν, τὸν λογογράφον οἱ Ἀττικοί. Ammonius explicat: ὁ λόγους τινὰς καὶ μύθους συντιθείς. Suidas: ὁ ὑφ' ἡμῶν ἱςορικὸς λεγόμενος. v. omnino Pierſon. ad Moer. p. 244. Raphel. ad Act. 1, 1. et interpp. Harpocrationis. Π. 8, 5, 13. ἔνιοι τῶν λογοποιῶν λέγουσιν.

λόγος, ¶ 1) *oratio, verbum.* A. 2, 5, 3. p. 112. ἥδομαι ἀκούων σου φρονίμους λόγους. Ατ. 3, 3, 11. ὅσα μεμαθήκαμεν — διὰ λόγου ἐμάθομεν — διὰ λόγου

-γου μανθάνει, καὶ οἱ ἄριστα διδάσκοντες, μάλιστα λόγῳ χρῶνται. Hic poteſt intelligi *facultas loquendi.* 4, 8, 5. Ἀπολ. 4, 8. Iungitur variis verbis: Π. 1, 6, 10. λόγους λέγειν, *verba facere, vel argumentis vti.* 6, 4, 3. ἔργα πιθανώτερα τῶν νῦν λεχθέντων λόγων. Cf. λέγειν nr. 1. f. Π. 3, 3, 24. p. 192. δύναιτ' ἂν εἷς λόγος ῥηθεὶς αὐθημερὸν αἰδοῦς ἐμπλῆσαι. Poteſt eſſe *vnum verbum, breuis oratio.* p. 194. eſt de adhortatione. Π. 1, 6, 12. p. 65. εἴ τινα λόγον ποιήσαιτο διδάσκων περὶ τοῦ πείθεσθαι. Ο. 11, 4. πολὺν λόγον ἐχόντων τινῶν περὶ αὐτοῦ, *cum multa de eo dicerent*, np. ad laudem. Π. 5, 2, 15. p. 286. τὸν φόβον λόγοις κατασβέσαι. Απ. 1, 2, 31. et 34. λόγων τέχνη eſt *ars dicendi* ſ. *differendi.* Κ. 1, 14. λόγους ἀγαθοὶ, *eloquentia valentes.* De eloquentia vel omnino de doctrina intelligi poteſt etiam Απ. 1, 2, 59. μήτε λόγῳ μήτε ἔργῳ ὠφελίμους. ¶ 2) *poteſtas dicendi* ſ. *deliberandi.* v. Markland. ad Eurip. Suppl. 350. Ε. 5, 2, 13. poſtquam legati perorauerant, ἐδίδοσαν οἱ Λακεδαιμόνιοι τοῖς συμμάχοις λόγον, καὶ ἐκέλευον συμβουλεύειν. Cf. προτιθέναι nr. 2. Ita Morus et Schneiderus etiam Ε. 1, 1, 19. intelligunt. ¶ 3) *verba, vox.* np. hominis, quatenus opponitur ſono. Λ. 11, 6. αἱ παραγωγαὶ — λόγῳ δηλοῦνται, non tubicine. ¶ 4) λόγῳ, *verbo, nomine.* Oppon. ἔργῳ, *re, reuera.* v. ἔργον nr. 3. et Bergler. ad Alciphr. p. 36. ſq. Αγ. 11, 9. Cf. nr. 1. ex Π. 6, 4, 3. et Απ. 1, 2, 59. ¶ 5) *ſermo quotidianus* ſ. *familiaris.* a) Π. 6, 4, 5. extr. ἄφοβον δεικνὺς καὶ σχῆμα, καὶ πρόσωπον, καὶ λόγους. Ε. 4, 1, 3. λόγου ἤρξατο. Sic §. 13. Σ. 2, 11. οὗτος ὁ λόγος οὐκ ἀπὸ τοῦ σκοποῦ ἔδοξεν εἰρῆσθαι. 6, 6. Cf. παιδικός. b) Oppon. ᾠδαῖ, ita vt λόγος ſit *oratio proſa.* v. Ammon. p. 90. Π. 1, 4, 25. διὰ στόματος εἶχον καὶ ἐν λόγῳ καὶ ἐν ᾠδαῖς. 2, 2, 6. c) Hinc λόγον προσφέρειν eſt *appellare, alloqui, conuenire aliquem, colloqui.* v. Obſ. miſcell. nou. T. III. p. 7. Αγ. 5. 4. προσφέρει τινὶ λόγον τῶν ἑταίρων — πείθειν. Intell. ὥστε. Ε. 7, 2, 5. προσήνεγκαν λόγον τῶν (v. λέγειν nr. 27.) Φλιασίων φυ-

φυγάδες, *detulerunt, indicarunt.* Π. 6, 1, 18. προτενεγκεῖν λόγους αὐτῇ περὶ συνουσίας. Pluralis est etiam ap. Longum 3, 92. et Charit. 5, 5. v. Doruill. p. 639. et 461. d) Eodem modo ἐν λόγοις εἶναι, *colloqui.* Π. 4, 4. 1. οἱ μὲν δὴ ἐν τούτοις ἦσαν. K. 1, 11. Ἱππόλυτος ὑπὸ τῆς Ἀρτέμιδος ἐτιμᾶτο, καὶ ἐν λόγοις ἦν, scil. αὐτῇ. Euripides in Hippol. 85. de eodem dicit ἀμείβεσθαι λόγοις, vbi v. Valckenar. Margg. et Cod Brunck. ap. Zeun. in praefat. ad Απ. habent συνῆν. it. e) εἰς λόγους ἀφικνεῖσθαι s. ἔρχεσθαι, *ad colloquium venire* Αγ. 3, 5. ἀφίκετο Φαρνάβαζος Ἀγησιλάῳ εἰς λόγους. E. 3, 2, 14. εἶπεν ὅτι ἐς λόγους βούλοιτο αὐτῷ ἀφικέσθαι — βούλεται ἐς λόγους ἀφικέσθαι. A. 2, 5, 2. p. 109. ἔδοξέ μοι εἰς λόγους σοι ἐλθεῖν. 3, 1, 19. et fine dat. E. 2, 4, 30. ἐς λόγους ἐλθόντας ἀπέκτειναν. 3, 1, 9. ἐλθοῦσα δ' ἐς λόγους (Margg. λόγον) εἶπεν. §. 17. (Sed Π. 2, 2, 1. p. 101. ἀφίκετο δ' οὖν καὶ εἰς τόνδε ποτὲ τὸν λόγον. est: *incidit in hunc sermonem.*) Similiter s E. 4, 1, 1. ὡς τὸν τῶν Παφλαγόνων βασιλέα ἐς λόγους ἄξει. §. 12. συναγαγεῖν ἂν αὐτῷ ἐς λόγους περὶ φιλίας Φαρνάβαζον. ¶ 6) *murmur in concione.* E. 5. 4, 60. λόγοι ἐγίγνοντο ἀπὸ τῶν συμμάχων, ὅτι etc. 6, 5, 36. θροῦς τις διῆλθεν — ὁ δὲ πλεῖστος ἦν λόγος: ὡς — δέοι. — διέθει κατὰ τούτους τοὺς λόγους θόρυβος ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. ¶ 7) *disputatio.* Απ. 4, 6, 15. ὁπότε τι τῷ λόγῳ διεξίοι — τὴν ἀσφάλειαν τοῦ λόγου. 4, 8, 11. αὐτάρκης πρὸς τὴν τούτων γνῶσιν, ἱκανός τε καὶ λόγῳ εἰπεῖν τε καὶ διορίσασθαι τὰ τοιαῦτα. O. 2, 11. 21, 1. Σ. 8, 1. it. *pars disputationis vnius argumenti,* Σ. 4, 5. οὗτος ὁ λόγος ἔληξεν. § 10. 9, 1. Sed *similitudo* intelligitur Απ. 1, 2, 38. τοῦ περὶ τῶν βοῶν λόγου. v. §. 32. ¶ 8) *caussa id de quo disputatur.* O. 11, 25. τὸν ἥσσω λόγον — οὐ δύναμαι κρείττω ποιεῖν, *caussam inferiorem dicendo s. verborum industria efficere potiorem s. superiorem.* v. Bach. ad h. l. ¶ 9) *sententia,* np. quae disputando in superioribus demonstrata est. Απ. 3, 10, 12. τἆλλα ὡσαύτως ἔοικεν ἔχειν τῷ σῷ λόγῳ. c. κατὰ, Π. 1, 6, 3. κατὰ τὸν σὸν λόγον διατελέσω ἐπιμελούμενος, *se-*

ſecundum tua praecepta. Sed ſaepius eſt in disputando, vt Π. 3, 1, 9. κολαστέον ἄρ' ἂν εἴη κατά γε τὸν σὸν λόγον. Aπ. 4, 2, 32. οὐδὲν φαίνεται — κατά γε τοῦτον τὸν λόγον. All. τρόπον. Sed λόγον vſitatius eſt. O. 1, 12. 15. Σ. 5, 7. ¶ 10) *accuſatio.* a) c. κατὰ, E. 2, 3, 18. p. 95. λόγος κατ' ἐκείνων. Cf. λέγειν nr. 1. f. b) Hinc λόγον ὑπέχειν, *accuſari, cauſſam dicere.* E. 1, 7, 2. δικαίους εἶναι λόγον ὑποσχεῖν, διότι etc. c. acc. rei, E. 1, 7, 10. p. 59. δίκαιον τὰ πρὸς πολεμίους μὴ καλῶς πραχθέντα (Steph. malebat τῶν — πραχθέντων. Sed qui defendunt accuſatiuum, ii intelligunt περὶ ſ. κατά.) τοὺς πρὸς τούτους ταχθέντας ὑπέχειν λόγον. Sed Aπ. 4, 4, 9. Socrates interrogans et irridens alios dicitur αὐτὸς οὐδενὶ θέλων ὑπέχειν λόγον, quod recte verti poteſt *rationem reddere.* ¶ 11) *mentio.* c. περὶ, E. 3, 3, 6. ὅπου ἐν τούτοις τις λόγος γένοιτο περὶ Σπαρτιατῶν. c. inf. E. 5, 2, 14. λόγοι ἐγένοντο ἀργύριον — δίδοσθαι, *actum eſt in conuentu, vt* etc. *es wurde vorgeſchlagen.* ¶ 12) *narratio.* Π. 1, 3, 1. οὗ ἕνεκα ὁ λόγος ὡρμήθη. Ita etiam explicari poteſt Π. 6, 4, 3. v. nr. 1. ¶ 13) *hiſtoria, liber.* Aγ. 10, 3. μὴ — θρῆνόν τις τοῦτον τὸν λόγον νομισάτω. E. 6, 4, 37. ἄχρις οὗ ὅδε ὁ λόγος ἐγράφετο. Iπ. 12, 15. In anabaſeos inſcriptione cod. Pariſ. habet λόγος πρῶτος, δεύτερος etc. pro βιβλίον πρῶτον etc. Nam ſaepe ſignificat hiſtoriae partem, vt Π, 4, 5, 12. p. 246. ἃ πρόσθεν ἐν τῷ λόγῳ δεδήλωται, *paullo ante.* 8, 1, 2. ὡς ἐν τῷ λόγῳ δεδήλωται, *in vniuerſa Cyropaedia vsque ad hunc locum.* A. 2. 1, 1. ἐν τῷ ἔμπροσθεν λόγῳ δεδήλωται. 3, 1, 1. ἐν τῷ πρόσθεν λόγῳ. Sic 4, 1, 1. 5, 1, 1. et 7, 1, 1. ¶ 14) *fabula.* Aπ. 2, 7. 13. τὸν τοῦ κυνὸς λόγον. Intell. περί. De traditionibus mythologicis, K. 13, 17. λόγοι παλαιοὶ κατέχουσιν, ὡς καὶ θεοὶ τούτῳ τῷ ἔργῳ χαίρουσι. ¶ 15) *rumor, fama.* Π. 5, 2, 14. οὗτος ὁ λόγος πολὺς ἤδη ἐνέσπαρται. §. 15. p. 285. ἐκ κακῶν λόγων, *ex aduerſis rumoribus.* A. 1, 4, 7. c. gen. Π. 6, 3, 5. ἡμῶν δὲ — λόγος τις ἦν παρ' αὐτοῖς; *rumorne erat de nobis apud illos?* 8, 5, 13. ἧς ἔτι νῦν λό-

λόγος ὡς παγκάλου γενομένης. c. περὶ, A. 6, 6. 9. p. 367. πρὸς Ἀναξίβιον οὗτος ὁ λόγος περὶ ἡμῶν ἥξει. c. ὡς, E. 4, 3, 7. ἐκράτησαν τῷ λόγῳ, ὡς Λακεδαιμονίων νικώντων, *propter simulatam verbis et diuulgatam Lacedaemoniorum victoriam.* Cf. διαδιδόναι nr. 3. et διαθεῖν. ¶ 16) *caussa.* Π. 7, 26. 1, 7. p. 419. διαθρυπτόμενος ὑπὸ τοῦ πλούτου — καὶ ὑπὸ ἀνθρώπων, οἵ με κολακεύοντες ἔλεγον — ὑπὸ τούτων δὴ λόγων ἀναφυσώμενος. A. 6, 2, 6. οἱ λόγοι (cur se a reliquis separarent) ἦσαν αὐτοῖς, ὡς αἰχρὸν εἴη, praetextus. ¶ 17) *argumentum.* Π. 1, 5, 3. τοῖς λόγοις τούτοις πειθόμενοι. 5, 3, 15. A. 2, 6, 3. Aπ. 1, 1, 1. K. 12, 16. Cf. nr. 1. ex Π. 1, 6, 10. ¶ 18) *conditio, mandatum.* E. 2, 2, 12. ἐρωτώμενοι legati ad pacem ἐπὶ τίνι λόγῳ ἥκοιεν. ¶ 19) *ratio.* E. 1, 1, 19. εἴ τις ἐπικαλοίη, λόγον διδόναι. cf. nr. 2. O. 11, 22. λόγον διδόναι καὶ λαμβάνειν, *rationem reddere et reddi sibi iubere.* Mox est ἀπολογεῖσθαι et κατηγορεῖν. Cf. nr. 10. c. gen. Π. 1, 4, 3. λόγον διδόναι ὧν ἐποίει, καὶ λαμβάνειν παρ' ἄλλων ὁπότε δικάζοι. ¶ 20) *aestimatio, cura.* Π. 5, 3, 14. μείων λόγος scil. ἐμοί ἐστι, *minoris facio, non tantopere curo.* Sic E. 7, 1, 15. ἔγνωσαν τοὺς μὲν ἑαυτῶν λόγους ἐν οὐδενὶ λόγῳ ποιουμένους, *flocci s. nihili facere.* ¶ 21) *proportio, ratio.* Π. 8, 6, 6. κατὰ λόγον δυνάμεως πλεῖστα ἅρματα. ¶ 22) E. 4, 8, 15. cum Antalcidas Teribazo orationem suam probasset, adduntur de reliquis Graecis haec: τοῖς δ' ἐναντίοις λόγοις ταῦτ' ἦν. Steph. vult λόγοι, i. e. *nihili aestimanda*, vt Latini dicunt: *haec verba sunt.* Quae tamen ratio Schneidero non magis probatur, quam quod Koeppen coniicit οὐ βουλομένοις pro λόγοις, aut Cel. Wolf ad Demosth. adv. Leptin. p. 319. λόγος. ¶ 23) λόγοι dicuntur πλανᾶσθαι, v. πλ. ἀγαθοί, v. ἀγαθός n. 7. λόγου κρεῖττον v. in κρ. et ὑπείκειν λόγων in ὑπείκειν Cf. ἀνέκφραστος et ὑπέρ.

λόγχη (poet. Port.), ¶ 1) *cuspis.* Hesych: λόγχη· — ὁ τοῦ δόρατος σίδηρος. v. Poll. 5, 20. A. 4, 7, 11. δόρυ μίαν λόγχην ἔχον. 5, 4, 6. παλτὸν λόγχην ἔχον. 7, 4, 11. τῶν δοράτων τὰς λόγχας. K. 10, 3. λόγχαι sunt

ſunt ἀκοντίων, et §. 16. οἱ κνώδοντες τῆς λόγχης in προβολίῳ. in quo vtroque loco diſtinguitur a ῥάβδῳ. ¶ 2) *lancea, haſta.* Π. 6, 2, 11. p. 371. ὁ λόγχην ἀκονῶν — λόγχην ἀκονῶντα. A. 1, 8, 5. 2, 2, 4. 4, 3, 4. eſt Chaldaeorum. 4, 8, 5. Macronum et Graecorum. 5, 2, 11. τὰ βέλη ὁμοῦ ἐφέρετο, λόγχαι, τοξεύματα, σφενδόναι, — λίθοι. 5, 8, 7. E. 6, 4, 32. 7, 5, 20. Σ. 2, 13. 14. Ιπ. 12, 14. τὴν λόγχην ἀφῇ — ἀφιεμένη ἡ λόγχη.

Λόγχη, K. 7, 5. nomen cani imponendum.

λογχοφόρος, *haſtatus, leuiter armatus.* Π. 2, 1, 2. p. 87. τὸν τῆς Φρυγίας ἄρχοντα — ἄγειν λογχοφόρους σὺν πελτασταῖς in Aſſyriorum exercitu.

λοιδορεῖν, ¶ 1) *conuiciis proſcindere.* c. acc. v. Sallier. ad Thom. Mag. in v. διαλοιδορεῖται. A. 3, 4, 30. παίουσι, βάλλουσι καὶ λοιδοροῦσι τὸν Σωτηρίδαν. Σ. 4, 32. ἐλοιδόρουν με. Verti poteſt *maledicebant, cauillabantur.* ¶ 2) *obiurgare, reprehendere.* c. acc. Π. 1, 4, 8. ἐλοιδόρουν αὐτόν. 6, 1, 19. Ιερ. 9, 2. O. 9, 15. Paſſiv. E. 5, 4, 29. μὴ λελοιδορημένος εἴη ὑπ' Ἀγησιλάου. c. acc. et ὅτι, A. 7, 5, 6. ἐλοιδόρει τὸν Ἡρακλείδην ὅτι etc.

λοιδορεῖσθαι, ¶ 1) *conuiciis proſcindere, cauillari.* Σ. 6, 8. δοκεῖ — λοιδορεῖσθαι βουλομένῳ ἐοικέναι. §. 9. ¶ 2) *obiurgare, increpare.* Π. 1, 4, 9. αὐτοῦ λοιδορουμένου. Αγ. 7, 3. ἐλοιδορεῖτο ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασι. c. dat. Π. 1, 4, 9. ὁ θεῖος αὐτῷ ἐλοιδορεῖτο — ἐμοὶ λοιδορήσεται ὅτι etc.

λοιδορία, *conuicium, reprehenſio.* Ιερ. 1, 14. λοιδορίας ἀνήκοος. Oppon. ἐπαίνου.

λοιπὸς, ¶ 1) *reliquus.* c. gen. Αγ. 2, 23. ἐδῄωσε τὰ λοιπὰ τῆς Βοιωτίας. E. 1, 6, 12. τὰς λοιπὰς τῶν νεῶν. Cf. ἡμέρα. ¶ 2) *remanens.* Π. 2, 4, 8. p. 130. χρήματα — πάνυ ὀλίγα λοιπὰ ἔχω, *nondum conſumta.* Sic c. gen. Π. 2, 2, 1. p. 102. ὃ ἔτι λοιπὸν ἦν αὐτῷ τοῦ ἐμβάπτεσθαι. ¶ 3) *non interfectus, e clade ſuperſtes.* A. 4. 1, 17. ἕτερος — κατεσφάγη, ὁ δὲ λοιπὸς ἔλεξεν. 6, 4, 19. ¶ 4) *futurus, poſterior.* E. 3, 2, 5. περὶ τοῦ λοιποῦ χρόνου εἰπεῖν, ὅτι, ἢν μὲν ἀδικῶσιν, οὐκ ἐπιτρέψουσιν. Oppon. νῦν Aπ. 2, 6, 6. τοὺς λοιπούς. Oppon. τοὺς πρόσθεν εἰρ-

εἰργασμένους. ¶ 5) De eo quod faciendum restat. Π. 4, 3, 3. p. 229. τί δὴ τὸ λοιπόν; Α. 4, 2, 10. ἔτι δ' αὐτοῖς τρίτος μαστὸς λοιπὸς ἦν, superandus, occupandus. c. gen. Π. 2. 2, 1. p. 102. ὅπερ λοιπὸν ἦν τῆς περιφορᾶς. v. περιφορά. c. inf. Α. 3, 2, 19. λοιπόν μοι εἰπεῖν. Σ. 4, 1. λοιπὸν ἂν εἴη ἡμῖν — ἀποδεικνῦναι, oportet nos, sequitur vt. ¶ 6) τοῦ λοιποῦ, scil. ἐκ χρόνου. ¶ a) deinde, ex eo tempore. Π. 4, 5, 3. τοῦ λοιποῦ οὐδὲ βουλόμενος ἂν εὗρες τὸν νύκτωρ πορευόμενον. Ο. 10, 9. Σ. 4, 56. ὡς ἅπαξ εἶπον πάνυ μὲν οὖν, τοῦτο πάντες ἐκ τοῦ λοιποῦ ἀπεκρίναντο. ¶ b) in posterum. Π. 4, 4, 3. νῦν τε — περιεποιήσασθε, τοῦ τε λοιποῦ οὐδ' ὁτιοῦν ἔσται. Α. 5, 7, 19. 6, 4, 8. Αγ. 5, 5. Ε. 2, 3, 17. p. 92. ¶ c) iam. Ε. 3, 4, 9. τάδε οὖν μοι ἐκ τοῦ λοιποῦ χάρισαι. Vertunt de reliquo. ¶ 7) τὴν λοιπὴν, scil. ὁδόν. Α. 3, 4, 28. ἀμαχεὶ τὴν λοιπὴν πορευσόμεθα. Αγ. 2, 5. Ε. 4, 3, 5. τὴν λοιπὴν ἤδη πᾶσαν — ἐπορεύθη. Plene Α. 5, 1, 2. ἐβουλεύοντο περὶ τῆς λοιπῆς πορείας. ¶ 8) τὸ λοιπὸν, ¶ a) posthac, ex eo tempore. Phauorin: ἀπὸ τοῦ νῦν. Α. 2, 2, 3. ταῦτα ἀκούσαντες — τὸ λοιπὸν ὁ μὲν ἦρχεν, οἱ δὲ etc. 7, 8, 8. Ε. 3, 2, 3. Scribitur etiam vno verbo τολοιπόν. v. Wassii praef. Thucyd. ad p. 66, 39. Π. 1, 4, 15. τολοιπὸν οὕτως ἥσθη τῇ τότε θήρᾳ, ὥστε etc. 2, 3. 11. 3, 3, 12. 5, 4, 1. 7, 1, 9. 7, 2, 8. 8. 3, 10 8, 5, 12. p 528. ¶ b) in posterum. Schol. Pindar. Pyth. 5, 14, 1. εἰς τὸ μέλλον. Schol. Eurip. Hippolyt. 33. εἰς τὸ μετὰ ταῦτα. Phauor: ἀντὶ τοῦ ἀκολούθως. Α. 3, 2, 4. εἰ διανοούμεθα — τὸ λοιπὸν ἰέναι. §. 25. vbi verti potest caeterum. 5, 1, 2. it. iunctim scriptum, Π. 3, 3, 6. χρὴ καὶ τολοιπὸν ἄνδρας ἀγαθοὺς εἶναι. Α. 5, 3, 10. 5, 4, 3. 7, 4, 18. it. plural. Ε. 1, 1, 18. προθύμους εἶναι τὰ λοιπὰ, ὥσπερ τὰ πρότερα. ¶ 9) In var. lect. est οἱ λοιποὶ pro οἱ ἄλλοι. v. ἄλλος nr. 5. it. περίλοιπον pro τι λοιπόν. v. περίλοιπος.

Λοκρὶς, ¶ 1) Locris, regio Graeciae. Ε. 3, 5, 3. ἐμβαλεῖν ἐς τὴν Λοκρίδα, np. Opuntiorum. §. 4. 4, 3, 14. ¶ 2) Locrensis, Κ. 10, 1. κύνας Λοκρίδας.

Λοκροὶ, Locri. Fuerunt quadruplicis generis, vel triplicis, vt alii volunt. v. Ioh.

v. Ioh. Marii Mattii var. lect. 1, 10. et Salmaſ. ad Solin. p. 48. et 103. Αγ. 2, 6. Λοκροὶ ἀμφότεροι dicuntur Thebanis adfuiſſe contra Lacedaemonios, i. e. οἱ Ὀπούντιοι et οἱ Ὀζόλαι, (qui etiam Heſperii dicebantur, v. Bach. ad l. l.) quod patet ex E. 4, 2, 10. Iidem intelliguntur Αγ. 2, 24. et E. 6, 5, 23. 30. Sed in reliquis locis ſoli Opuntii, vt E. 3, 5, 3. 4. vbi bello petuntur a Phocenſibus. it. 4, 3, 15. aduerſus Lacedaemonios pugnant.

λούεσθαι, et λοῦσθαι, *lauare ſe, balneo vti.* v. Kuſter. V. M. 1, 5. Moeris: λοῦται, Ἀττικῶς· λούεται, Ἑλληνικῶς. Idem praecipiunt Phrynichus, Thomas Mag. et Lucian. T. II. p. 98. Attica forma eſt Π. 1, 3, 10. λοῦται ante coenam. 4, 5, 2. οἱ Μῆδοι ἐλοῦντο — καὶ ἱμάτια μεταλαβόντες ἐδείπνουν. de quo more cf. Π. 8, 7, 2. et Σ. 1, 7. vbi eſt λούσασθαι et λουσάμενοι. Sed forma communis extat E. 7, 2, 22. κατελάμβανον τοὺς μὲν λουομένους, τοὺς δ' ὀψοποιουμένους. Et vtraque forma Απ. 3, 13, 3. θερμῷ λούσασθαι — ψυχρὸν ὥστε λούσασθαι — οὐκ ἄχθονται λουόμενοι αὐτῷ.

Λουσιάτης et **Λουσιεὺς**, *natus Luſis.* Steph. Byz: Λουσοὶ, πόλις Ἀρκαδίας — ὁ πολίτης Λούσιος (Hutch. coniicit Λουσιεὺς) καὶ Λουσεὺς καὶ Λουσιάτης. Ita vocatur Eurylochus A. 4, 2, 13. 4, 7, 7. 8. 7, 6, 29. vbi 2 codd. habent Λουσιώτης, ſed perperam, iudice Hutchinſono.

λουτρὸν, ¶ 1) *balneum.* Αθ. 2, 10. γυμνάσια καὶ λουτρὰ, quae paulo poſt dicit λουτρῶνας. ¶ 2) *lotio, lotura.* Π. 7, 5, 20. ἐν λουτρῷ, *dum lauantur.* O. 5, 9. θερμοῖς λουτροῖς. 9, 7. 10, 8.

λουτροχόος, *aquam lauantibus affundens, balneator.* Π. 8, 8, 10. commemorantur λουτροχόοι inter regum Perſarum miniſtros. v. Doruill. ad Charit. p. 539.

ξόανον, *fimulacrum*. Hefych: ξόανα· ἀγάλματα, εἴδωλα, ζώδια. κυρίως δὲ τὰ ἐκ ξύλων ἐξεσμένα ἢ λίθων. Etymol. M. παρὰ τὸ ξέω, ξέανον, καὶ τροπῇ ξόανον — ἐξυσμένον εἴδωλον, λίθινον, ἢ ἐλεφάντινον, ἢ ξύλινον. Cf. Ammon. p. 99. Α. 5, 3, 13. Dianae Xenophontis ξόανον ἔοικεν, ὡς κυπαρίσσινον χρυσῷ ὄντι, τῷ ἐν Ἐφέσῳ.

ξυγγένεια, ξυγγενὴς, ξυγγράφειν, ξυγκαθῆσθαι, v. in Σ.

ξυγκαθίζειν, *confidere*. Ε. 5, 2, 25. miffi a Lacedaemoniis Thebas ad cognofcendum ξυνεκάθιζον πρὸς δικαστήριον. All. ξυνεκαθίζετο τὸ δικαστ. v. Doruill. ad Charit. p. 23.

ξυγκαλεῖν, ξυγκεῖσθαι, ξυγχορευτὴς, ξυγχωρεῖν, v. in Σ.

ξυ-

ξύεσθαι, *polire.* Π. 6, 2, 11. p. 371. παλτὸν ξύσασθαι. Sed Thomas iubet ξύω dici ἐπὶ σαρκός. v. ibi interpp.

ξυήλη, ¶ 1) *aſcia, radula, qua lignum politur.* Π. 6, 2, 11. p. 371. ¶ 2) *gladiolus falcatus* apud Lacedaemonios. Heſych. et Phauorin: ξυήλη· ξυάλη. ἔστι δὲ καὶ ξιφίδιον, ὅ τινες δρέπανον λέγουσι. Falcatis armis adſcribit eam etiam Pollux 1, 137. et Λακωνικὴν vocat. Cf. Meurſ. miſcell. Lacon. 2, 1. A. 4, 7, 11. παρὰ τὴν ζώνην μαχαίριον, ὅσον ξυήλην Λακωνικήν. 4, 8, 18. Dracontius Spartiates dicitur παῖδα ἄκων κατακτανὼν, ξυήλῃ πατάξας. Vtrumque locum affert Suidas, qui praeter alia habet haec: ξυήλην, ἣν ξυάλην λέγομεν — ἣν Ἀττικοὶ κνῆστιν, Λάκωνες δὲ ξυήλην.

ξυηρὸς, *laeuigatus.* K. 10, 3. Sed vid. ξυρήκης.

ξυλίζεσθαι, *lignari.* Eſt verbum militare. A. 2, 4, 5. ξυλιζόμενοι ἐκ τοῦ αὐτοῦ, καὶ χόρτον — συλλέγοντες.

ξύλινος, *ligneus.* A. 5, 2, 5. τύρσεις ξύλιναι. §. 17. οἰκίαι ξύλιναι. E. 2, 4, 15. ὅπλα ξύλινα. K. 9, 12. ἥλους ξυλίνους.

ξυλλαμβάνειν, et ξυλλέγειν, v. in Σ.

ξυλοκόπος, *lignarius, lignis caedendis aptus.* Poll. 7, 113. πέλεκυς ξυλοκόπος, ὡς ἔφη Ξενοφῶν. Π. 6, 2, 11. p. 373. πέλεκυν ξυλοκόπον. Margg. ξυλοτόμον, quod Leuncl. gloſſema putat. Etiam Poll. 10, 129. legitur πέλεκυς ξυλοκόπος.

ξῦλον, ¶ 1) *lignum.* A. 1, 10, 8. ἀετὸν χρυσοῦν ἐπὶ πέλτης, ἐπὶ ξύλου ἀνατεταμένον, *in haſtili.* All. ἐπὶ ξυστοῦ legi volunt, all. verba ἐπὶ ξύλου putant interpretamentum eſſe verborum ἐπὶ πέλτης. 4, 5, 4. ξῦλα ἦν — ξῦλα οὐκ εἶχον, np. igni faciendo. E. 2, 4, 16. Cf. σχίζειν. ¶ 2) *materies, arbor.* A. 6, 4, 3. ξῦλα πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα, πάνυ δὲ πολλὰ καὶ καλὰ ναυπηγήσιμα — τὸ ὄρος δασὺ πολλοῖς καὶ παντοδαποῖς καὶ μεγάλοις ξύλοις. Αθ. 2, 11. 12. E. 1, 1, 16. 6, 1, 4. p. 361. Cf. ναυπηγήσιμος.

ξυλοτόμος, v. ξυλοκόπος.

ξυμβαίνειν et ξυμβάλλειν, v. in Σ.

ξύμβασις, *pax, pacificatio, compoſitio.* Heſych: συμβάσεως· εἰρήνης. it. σύμβασις· ἐπάνοδος εἰς εἰρήνην ἢ φιλίαν. Suid: σύμβασις· φιλία, συντυχία, καταλλα-

λαγή. Cf. Poll. 1, 153. E. 7, 4, 11. συνεχώρησαν αὐτοῖς τὴν εἰρήνην — ἐπεὶ οὕτως ἡ ξύμβασις ἐγένετο.

ξυμβολὴ, *conflictus*. E. 4, 2, 13. v. συμβολή.

ξυμβουλεύειν, ξυμβουλία, ξύμβουλος, ξυμμαχεῖν, ξυμμάχεσθαι, ξυμμαχία, ξυμμαχὶς, ξύμμαχος, v. i. Σ.

ξυμμιγνῦναι, *agere, colloqui*. v. Valckenar. ad Herodot. 2, 64. E. 3, 1, 17. ξυμμίξας τῷ Δερκυλλίδᾳ ἠρώτα. Antea erat ἔλθοι ἂν ἐς λόγους. Cf. συμμιγν.

ξυμμορία, *numerus nauium, quae vni duci ſubſunt*. E. 1, 7, 10. p. 58. καταλιπεῖν τρεῖς ναῦς ἕκαςον ἐκ τῆς αὐτοῦ ξυμμορίας.

ξυμπαρατάττεσθαι, ξυμπαρεῖναι, ξυμπέμπειν, ξυμπίπτειν, ξυμπλεῖν, ξυμπληροῦν, ξυμπολεμεῖν, ξυμπονεῖν, ξυμπράσσειν, ξυμπροπέμπειν, ξυμφάναι, ξυμφοιτητὴς, ξυμφορὰ, ξυμφράττειν, ξυμφυγὰς, ξὺν, ξυναγορεύειν, ξυνάπτειν etc. vid. in Σ.

ξυνωρὶς, *bigae*. Moeris p. 272. ξυνωρὶς, Ἀττικῶς· συνωρὶς, Ἑλληνικῶς. Cf. Heſych. et Suid. in v. ξυνωρὶς et συνωρίς. E. 1, 2, 1. Ὀλυμπιὰς τρίτη καὶ ἐνενηκοςὴ, ἡ προςεθεῖσα ξυνωρὶς ἐνίκα Εὐαγόρου. Scil. ante hanc Olympiadem numero Olympiadis non addi ſolebat nomen illius, qui bigis in ludis vicerat, ſed tantum victorum in ſtadio nomina, quia ante hoc tempus bigae in ludis Olympiacis non adhibitae fuerant. v. Pauſan. 5, 8. p. 395. Corſin. faſt. Att. T. III. p. 256. et infra ςάδιον.

ξυρήκης, *acutus*. K. 10, 3. ἀκόντια — ἔχοντα τὰς λόγχας — ξυρήκεις. Ita enim reſcribunt e Polluce 5, 20. viri docti pro ξυηράς. Leuncl. vertit *acutas nouaculae inſtar*.

ξυσκευάζεσθαι, ξυσκηνεῖν, ξυσπειρᾶν, ξυσσίτια, v. in Σ.

ξυστὸν, *haſta*. Heſych: ξυςόν· ἀκόντιον, δόρυ κατεσκευασμένον. Suid: ξυςόν· δορύλλιον, ἀκόντιον καὶ τὸ τέλειον δόρυ. Cf. Poll. 1, 136. Π. 4, 5, 19. θώρακας καὶ ξυςὰ dedit Cyrus equitibus. 4, 6, 1. ἐκέλευον παραδιδόναι τὰ ξυςὰ, ὅπως κατακαίοιεν. 7, 1, 17. δοράτων καὶ ξυςῶν καὶ μαχαιρῶν. Cf. ξύλον nr. 1.

ξυστὸς, *xyſtus, porticus*, vel potius *ambulatio ſub diuo ante porticum*. Etymol. M. ξυςὸς, ὁ εὖ ἐξυςμένος καὶ ὁμαλὸς τόπος. v. Poll. 9, 43. ibique Hemſterh. it. Vitruv. 5, 11. et Erneſti clav. Cic. Am-

Ammon. p. 100. ξυστὸς — καὶ τὸ οἰκοδόμημα, ὡς παρὰ Ξενοφῶντι ἐν Οἰκονομικῷ. O. 11, 15. περιπάτῳ χρῶμαι τῇ εἰς ἀγρὸν ὁδῷ ἴσως ἄμεινον, ἢ εἰ ἐν τῷ ξυστῷ περιπατοίην.

ξυστοφόρος, *hastifer.* Arrian. tact. p. 15. οἱ δὲ — δόρασιν καὶ κόντοις μάχονται· οἳ δὴ καὶ δορατοφόροι, ἢ κοντοφόροι ὀνομάζονται, ἔστιν δὲ ὑφ' ὧν ξυστοφόροι. Sed in Xenophonte differunt, quanquam et δορυφόροι et ξυστοφόροι ſunt *ſatellites.* Π. 8, 3, 8. in Cyri comitatu ſunt δισχίλιοι δορυφόροι — σκηπτοῦχοι, et δισχίλιοι ξυστοφόροι et alii. Cf. 7, 5, 16. vbi ξυστοφόροις ſtipatus legitur Cyrus, ne quis impudenter ad eum accederet.

ξυστρατεύειν, v. συστρ.

O

ὁ, ἡ, τὸ, articulus praepoſitiuus, ponitur ¶ 1) non ante ſubſt. ſed ante adiectiuum, Π. 1, 4, 26. στολὴν τὴν Μηδικήν. Cf. nr. 14. extr. ¶ 2) a nomine ſuo ſeparatur longius, A. 3, 1, 10. ἐγὼ οὖν τὸν ἐκ ποίας πόλεως στρατηγὸν προσδοκῶ. ¶ 3) ponitur ante participium, A. 2, 4, 3. ὁ ἡγησόμενος οὐδεὶς ἔσται, *nemo reperietur qui.* Απ. 4, 4, 23. οἵ γε οὕτω παιδοποιούμενοι, ὡς οὐ δεῖ παιδοποιοῦνται. Ita Ern. e Stobaeo et 1 Cod. Vulgo deeſt οὕτω. Interdum participiis dat vim nominum. v. ἁρπάζειν, γείνεσθαι, κτᾶσθαι, ὁρίζειν, προμνᾶσθαι etc. ¶ 4) poſtponitur poſtpoſitiuo. v. ὅς, et infra n. 24. ¶ 5) aduerbiis dat vim adiectiuorum. vid. v. c. αὔριον, ἔμπροσθεν. ¶ 6) adhibetur in allocutione, Π. 6, 2, 11. p. 372. ὅσα κελεύω, ὑμεῖς οἱ τῶν σκευοφόρων ἄρχοντες ἐξετάζετε. p. 374. eſt ὑμεῖς ὦ ἡγεμόνες. 8, 4, 8. ὦ Ὑστάσπα καὶ οἱ ἄλλοι δὲ οἱ παρόντες. Απ. 3, 14, 4. παρατηρεῖτε τοῦτον οἱ πλησίον. In his igitur omiſſum eſt ὦ ὑμεῖς. Sed E. 2, 3, 18. p. 97. omiſſa eſt prima perſ. ἡμεῖς. Locus eſt: ἕως ῥᾳδίως οἱ ἄρχοντες ἐμέλλομεν κρατήσειν. ¶ 7) interdum ponitur, interdum non ponitur, vt Κλεάνωρ mox Ὀρχομένιος dicitur, mox ὁ Ὀρχομένιος. v. Κλ. ¶ 8) ſaepius repetitur, np. ponitur tam ante ſubiectum, quam ante eius praedicatum, Π. 3, 3, 4. ἀνακαλοῦντες τὸν εὐεργέτην, τὸν ἄνδρα ἀγαθόν. A. 1, 10, 2. τὴν Φωκαΐδα, τὴν Κύρου

Κύρου παλλακίδα, τὴν σοφὴν λεγομένην. Π. 7, 5, 7. τὰς τάφρους τὰς πρὸς τὸν ποταμόν. Steph. habet τὰς οὔσας πρὸς τ. π. Sed ex nota adiecta patet, illud οὔσας Stephano fuiffe fuspectum. Απ. 2, 2, 13. τὴν μητέρα τὴν πάντων. 4, 5, 8. τὸ τῶν ἐναντίων τὸ αἴτιον. Hindenb. delet prius τὸ, Ernefti pofterius. Sed defendit Schneiderus ad Anacr. p. 42. Etiam multis aliis in locis articulus viris doctis fuspectus fuit, v. c. Ιπρ. 4, 9. ἀγαθὸν οὖν καὶ τὸ πρὸς τὸ διὰ παραγγέλσεως ἐξάγειν τὸ δεκαδάρχους καθιςάναι. Leunclauio τὸ ante πρὸς eft fuspectum, et deletur a Welfio, Zeunio, atque Gailio. Sic A. 3, 2, 18. κρατουμένων πάντα τὰ ἀλλότρια. Steph. τὰ non habet, et Zeun. cum Hutch. delet. 5, 1, 11. ἐξαγαγὼν καὶ τὸν ἑαυτοῦ καὶ τὸν ἄλλον λόχον. Cod. Eton. καὶ ἄλλον λ. 7, 4, 7. ἐν τοῖς ὀρεινοῖς τοῖς καλουμένοις Θραξί. Steph. et Hutch. alterum τοῖς deleri volunt, Zeun. vncinis inclufit. Απ. 1, 7, 5. ἀπατεῶνα ἐκάλει τὸν οὐ μικρόν. Ducibus MSS. delent τόν. Cf. Schneider. qui τὸν putat natum effe ex τοῦτον f. τοιοῦτον. Multa etiam ad emendandum hunc locum attulit Schütz. 3, 3, 3. τοῦτο μὲν οὐκ ἐμὸν οἶμαι τὸ ἔργον εἶναι. Valckenar. malit οἶμαί γε. O. 2, 16. ἄλλους δεινοτέρους ἐμοῦ τοὺς περὶ ταῦτα. Steph. τοὺς delet, Marg. Leuncl. pro eo habet ὄντας. Zeun. τοὺς ante δεινότ. poni iubet. Mofche τοὺς accipit pro τινὰς, de quo vfu v. infra nr. 18. Cf. ποῖος. Sed Π. 4, 2, 7. minus recte videtur Brodaeus pro οἱ ὑμέτεροι correxiffe ὑμέτεροι. Nam §. 9. eft οἱ σφέτεροι. ¶ 9) Saepe contra leges linguae omiffus videtur articulus, vt Π. 4, 2, 15. τὸν τῶν Καππαδοκῶν βασιλέα καὶ Ἀραβίων. Steph. et Hutch. aliique ante Ἀραβ. inferunt τὸν τῶν. 5, 1, 1. Ἀβραδάτα τοῦ Σούσων βασιλέως, pro τοῦ τῶν Σ. Margg. Steph. et Cod. Guelf. aliique, omiffo nomine βασιλέως, habent τοῦ Σουσίου. Ibid. pro τὸν Βακτριανῶν βασιλέα Zeun. e Cod. Guelf. dedit τὸν τῶν Β. βασ. 7, 5, 3. οἱ γυμνῆται ἀπὸ τῶν κεράτων. All. οἱ γ. οἱ ἀπὸ τ. κ. A. 1, 8, 2. εἰς χεῖρας ἔλθε. Cod. Eton. et Parif. εἰς τὰς χ. 1, 10, 3. βασιλεὺς σὺν ςρατεύματι. 2 codd. σὺν τῷ ςρ. 3, 5, 5. οἱ μὲν ἄλλοι ἦσαν — ςρα-

τηγοὶ δὲ — συνῆλθον. Fortaſſe rectius ſcribatur οἱ δὲ ϛρατ. Αγ. 1, 7. βουλευομένων — Λακεδαιμονίων. Debebat eſſe τῶν Λακ. vt in nonnullis legi teſtatur Hutchinſonus. E. 1, 6, 21. τῶν ταξιάρχων. Scribendum auctore Stephano αἱ τῶν τ. 1, 7, 10. p. 60. Steph. ante οὐχ ἱκανοὺς deſiderat articulum. 3, 4, 11. ἀπαγγεῖλαι Τισσαφέρνει. (Αγ. 1, 13. eſt τῷ Τισ.) §. 22. αἰσθόμενος Ἀγησίλαος. (Αγ. 1, 30. eſt ὁ Ἀγησ.) 3, 5, 16. οἱ ἄλλοι ἐντέλει. Steph. reſtituendum putabat οἱ ἐν τ. 7, 5, 8. δοκεῖ ἀνὴρ ἐλλείπειν. Steph. et Leuncl. ante ἀνὴρ inſerunt ὁ. Intelligitur enim Epaminondas. §. 15. ἐντὸς τείχους. Leuncl. vult τοῦ τ. Απ. 1, 2, 36. ἔφη Χαρικλῆς. Steph. recte ſcribit ὁ Χαρικλ. vt paulo poſt ſequitur. 1, 3, 12. Ern. et Hindenb. reſtituerunt ἔφη ὁ Ξενοφῶν. 1, 4, 5. ὁ ἐξ ἀρχῆς ποιῶν. Hic in nonnullis deeſt ὁ. §. 14. ὥσπερ θεοὶ ἄνθρωποι βιοτεύουσι. Hindenb. corrigit οἱ ἄνθρ. probante Erneſtio. 1, 6, 14. τοὺς ante ἀκούοντας perperam in nonnullis omiſſum eſt. 2, 1, 10. οἱ ἄρχοντες ἢ ἀρχόμενοι. Hindenb. vult οἱ ἀρχόμενοι. 2, 4, 7. ἃ αἱ χεῖρες ὑπηρετοῦσι, καὶ ὀφθαλμοί. Hindenb. vult οἱ ὀφθ. quod recepit Ern. 3, 6, 8. ἥττων τῶν ἐναντίων. Ern. τῆς τῶν ἐν. 3, 7, 9. οὐ μόνον ἄλλοι. Ita Leuncl. et Well. pro οἱ ἄλλοι. 4, 2, 35. διὰ δόξαν. Hindenb. vult διὰ τὴν δ. O. 8, 7. Well. e coniectura virorum doctorum edidit οἱ ὄπισθεν, cum in antiquis deſit οἱ. Sed hic poteſt ὄπισθεν ſine οἱ defendi. Ιππ. 1, 16. βαδίζων ἵππος. Leuncl. et Cod. Lipſ. ὁ ἵππος. K. 10, 22. διά γε ὀρθῶς ποιεῖν. Steph. et Leuncl. deſiderant τὸ ante ὀρθῶς. 13, 8. εὖ φρονοῦσι. Leuncl. et Well. inſerunt τοῖς ante εὖ. ¶ 10) Singularis pro plurali ponitur indefinite ſ. pro genere, O. 8, 19. οὐχ ὁ σεμνὸς, ἀλλ' ὁ κομψός. 21, 10. βλάψαι τὸν κακὸν — τιμῆσαι τὸν πρόθυμον. Sic ſaepe in Hierone ὁ τύραννος, ὁ ἰδιώτης. ¶ 11) Ponitur ita, vt ſupplendum ſit nomen aliquod, vt ¶ a) ἱερὰ ſ. ἱερεῖα ſ. θυόμενα, Απ. 1, 3, 3. ταῖς θυσίαις ἔχαιρον — τὰ παρὰ τῶν πονηρῶν ἢ τὰ παρὰ τῶν χρηϛῶν. Eſt ſyneſis. ¶ b) ἵππος, Ιπ. 8, 2. διδάσκειν τὸν ἑαυτοῦ. ¶ c) μέρος, A. 3, 5, 9. τὰ πρὸς μεσημβρίαν. 6, 4, 2. χωρίον, τὸ μὲν

μὲν εἰς τὴν θάλατταν καθῆκον αὐτοῦ. §. 8. τὰ ἐκείνου Νέων παρελάμβανε. Possit etiam πράγματα intelligi. Sed §. 16. dicitur στρατηγὸς fuisse κατὰ τὸ Χειρισόφου μέρος. ¶ d) νεβρὸς, K. 9, 3. οὗ ἂν μέλλῃ ἑκάστη τὸν ἑαυτῆς εὐνάσειν — φυλάσσειν τὸν αὐτῆς. ¶ e) νῆσοι, E. 5, 1, 7. ἀπὸ Σαμοθράκης καὶ Θάσου, καὶ τῶν κατ' ἐκεῖνα τὰ χωρία. ¶ f) νύμφη, Σ. 2, 3. ὅταν νύμφαι τύχωσιν οὖσαι, ὥσπερ ἡ Νικηράτου. v. Casaub. ad Athenae. 15, 10. p. 971. ¶ g) ὁδὸς, Π. 2, 4, 17. p. 136. ἴθι τὴν ὀρεινήν. 5, 2, 15. extr. ἄγε ἡμᾶς τὴν ἐπὶ Βαβυλῶνος. 7, 4, 8. A. 3, 5, 9. τῆς ἐπὶ Βαβυλῶνα — ἡ δὲ πρὸς ἕω — ἡ δὲ διαβάντι τὸν ποταμὸν — ἡ δὲ διὰ τῶν ὀρέων. 6, 5, 6. E. 4, 4, 13. 5, 1, 23. 5, 4, 16. 39. 49. 54. 55. 6, 4, 25. 6, 5, 32. 7, 1, 18. 7, 2, 13. Suppletur ellipsis Π. 5, 3, 16. extr. πάρεστε εἰς τὴν ἐπὶ Βαβυλῶνος ὁδόν. A. 6, 3, 15. κατὰ τὴν ἐπὶ Κάλπης ὁδόν. E. 5, 4, 14. τὴν δι' Ἐλευθερῶν ὁδόν. 7, 1, 19. ¶ h) οἰκία, E. 6, 5, 31. ἐνέδραν ποιήσαντες — ἐν τῇ τῶν Τυνδαριδῶν, np. prope Lacedaemonem. Describit hanc domum Pausanias 3, 16. p. 247. ¶ i) οἰκοῦντες, A. 2, 6, 2. τοῖς ὑπὲρ Χεῤῥονήσου. Plene legitur A. 1, 1, 9. τοῖς ὑπὲρ Ἑλλήσποντον οἰκοῦσι. ¶ k) πόλις, Aπ. 2, 3, 13. ὑποδέχεσθαι, ὁπότε ἔλθοις εἰς τὴν ἐκείνου. ¶ l) πράγματα, Π. 5, 4, 19. τὰ αὐτοῦ. Vbi maxime refertur ad exercitum. Antea erat τὴν σὴν δύναμιν. 8, 5, 1. τὰ ἐν Βαβυλῶνι. A. 1, 3, 9. τὰ τοῦ Κύρου — τὰ ἡμέτερα. 1, 10, 9. τὰ ὑπὲρ τοῦ λόφου, np. an omnes hostes ex eo fugerint. 4, 3, 20. τὰ παρ' αὐτῷ ἀσφαλῶς εἶχε. 6, 3, 6. τὰ τῶν Ἀρκάδων. E. 2, 2, 1. 3, 2, 5. 3, 5, 5. τὰ ἐν τῇ Ἀσίᾳ, *res quae in Asia geruntur*. 4, 8, 17. ἐπιμελησόμενον τῶν κατὰ θάλατταν. 7, 3, 1. Π. 1, 2, 10. τῶν πρὸς τὸν πόλεμον. Paulo post est τῶν ἐν πολέμῳ παρόντων. Sic Aπ. 1, 1, 8. τὰ μέγιστα τῶν ἐν τούτοις τοὺς θεοὺς ἑαυτοῖς καταλείπεσθαι. Reiskius delet τῶν, sed Hindenb. defendit, et explicat verbis ἐκείνων ἅ ἐστι, dicitque similem esse locum Aπ. 3, 6, 2. προστατεύειν — καλὸν, εἴπερ τι καὶ ἄλλο τῶν ἐν ἀνθρώποις. Cf. Zeun. ad Aπολ. 30. Sic Πο. 4, 52. πράττοιεν τὰ ἐν τοῖς γυμνασίοις, *exercitationes*. Insertum est τὰ a Le-

a Leuncl. Cf. infra nr. 17. ¶ m) ϛράτευμα, E. 7, 5, 24. ἐποίησε Φεύγειν τὸ τῶν ἐναντίων. Sic ſaepe legitur τὸ ναυτικὸν, τὸ ξενικὸν, et ſimilia. ¶ n) ϛρατιῶται. A. 1, 5, 13. ἤλαυνεν ἐπὶ τοὺς Μένωνος. 6, 3, 10. ¶ o) υἱὸς ſ. ἀπόγονος, A. 3, 3, 12. Λύκιος ὁ Πολυϛράτου. Saepiſſime ſic eſt. vid. v. c. Ἀριϛόδημος. Suppletur ellipſis Π. 1, 5, 2. Κυαξάρης ὁ τοῦ Ἀϛυάγους παῖς. ¶ p) χρήματα, Π. 8, 1, 6. λαβεῖν τὰ τοῦ μὴ Φοιτῶντος. Potes etiam hic intelligere ἀγαθὰ, quod 5, 4, 1. vbi editur πάντα τὰ Γαδάτα, eſt in var. lect. pro Γαδάτα. 8, 4, 11. οὐσία ἀξία τῶν τῆς παιδός. A. 5, 1, 6. E. 3, 1, 23. 24. 4, 8, 12. ἀπὸ τῶν ἐκείνου. Paulo ante eſt τῶν βασιλέως χρημάτων. Cf. δημόσιος. ¶ q) χώρα, Π. 1, 2, 14. ϛρατεύονται ἔξω τῆς ἑαυτῶν. 3, 3, 9. εἰς τὴν ἐκείνων ἐπιόντες. Paulo poſt eſt εἰς τὴν ἐκείνων χώραν. 5, 4, 11. A. 7, 2, 20. δέξῃ εἰς τὴν σαυτοῦ. Αγ. 2, 23. Πο. 1, 1. E. 1, 1, 16. ἐν τῇ βασιλέως. 3, 2, 11. 4, 8, 17. ἔΦερε καὶ ἦγε τὴν βασιλέως. 5, 4, 13. 16. 59. 6, 2, 1. 6, 5, 24. 7, 4, 10. 20. 7, 5, 3. Απ. 3, 5, 4. O. 5, 13. ἰόντες εἰς τὰς τῶν ἀποκωλυόντων. Stobaeus minus recte habet τά. Plene dicitur Π. 5, 4, 1. ἐν τῇ Γαδάτα χώρᾳ. §. 5. εἰς τὴν Γαδάτα χώραν. 6, 1, 22. ἐμβαλεῖν που τῆς ἐκείνων χώρας. A. 3, 5, 4. E. 1, 2, 11. 3, 1, 10. 3, 2, 15. 4, 8, 17. 5, 4, 38. Sic τῇδε. v. nr. 43. ¶ r) χωρίον, A. 7, 1, 21. εἰς τὸ Δέλτα καλούμενον τῆς Θρᾴκης. E. 7, 1, 6. ἐκ τοῦ πρὸς Σικυῶνα βλέποντος. Cf. παρὰ et περί. ¶ 12) Praecedit ἐκεῖνος vel οὗτος, ita vt ſit explicantis: *ſcilicet* etc. Π. 4, 3, 3. p. 231. ἐκεῖνο οὐκ εὐπετὲς, τὸ — τὸν ἵππον τοῦτο συμΦέρειν. E. 2, 3, 18. p. 100. κείνοις — τοῖς οὐ πρόσθεν οἰομένοις etc. Απολ. 17. Π. 2, 1, 8. κατέλιπε τοῦτο μόνον αὐτοῖς, τὸ — μάχεσθαι. 5, 3, 18. ἠλίθιον τοῦτο — τὸ — οὕτω προστάττειν. A. 2, 5, 4. ὁ ἐμὸς ἔρως τούτου αἴτιος, τοῦ τοῖς Ἕλλησιν πιϛὸν γενέσθαι. Ιερ. 7, 3. δοκεῖ τούτῳ διαΦέρειν — τῷ τιμῆς ὀρέγεσθαι. O. 12, 10. 14, 10. Απολ. 21. Sic Απολ. 17. οὐ δοκεῖ καὶ τάδε τεκμήρια εἶναι, τὸ προαιρεῖσθαι. Cf. nr. 8. ex Απ. 3, 3, 3. it. nr. 30. it. ſequitur τοῦτο, Ιερ. 1, 17. τὸ τὰ εἰωθότα ὑπερβάλλον, τοῦτο ἔχει τὰς ἡδονάς. Απ. 1, 3, 6.

3, 6. τὰ λυμαινόμενα γαστέρας — ταῦτ' ἔφη εἶναι. O. 20, 20. 21. 21, 1. τόδε τοι — τὸ πᾶσαις κοινὸν — τὸ ἀρχικὸν εἶναι, τοῦτο δὴ συνομολογῶ. Απολ. 13. καὶ τὸ προειδέναι τὸν θεὸν — καὶ τοῦτο λέγουσι. Cf. οὗτος nr. 1. et infra nr. 28. ex Π. 1, 6, 7. et 11. ¶ 13) Dualis τὼ generis maſcul. non ſolum maſculinis praemittitur, E. 4, 4, 8. τὼ ανδρε. Απ. 1, 2, 33. ſed etiam femininis, quam quidem generis enallagen Atticam vocat Kuhn. ad Pauſan. p. 738. Cf. Steph. append. de dialecto Att. p. 151. et 184. et Koen. ad Anonym. de dialect. p. 304. Π. 1, 2, 11. ἄμφω τούτω τὼ ἡμέρα. v. ἡμέρα. 2, 2, 1. p. 103. 8, 4, 6. A. 6, 1, 4. Λ. 3, 5. E. 3, 3, 11. Απ. 2, 3, 18. v. γυνὴ, φάλαγξ, χείρ. ¶ 14) Indicat rem certam, quae qualis ſit, ex praecedentibus poteſt conſtare, vel aliis modis certo definitur, Π. 1, 2, 12. αἱ ἀρχαί. §. 13. οἱ τῶν παίδων διδάσκαλοι. 3, 1, 6. τὸν δασμὸν, ſcil. ex pacto ſoluendum. A. 1, 5, 10. ἐν τῇ χώρᾳ antea commemorata. 1, 7, 4. 2, 2, 5. ἐκ τῆς χώρας. 4, 7, 5. εἰς τὸ δασὺ παριέναι. 5, 3, 5. 7, 7, 2. E. 3, 1, 10. 3, 3, 3. μὴ ὢν τοῦ γένους, genere regio, de quo antea dictum fuit. Sic 4, 2, 5. 6, 3, 4. τῷ γένει, generi meo, poſteritati ſuae. Π. 8, 5, 12. extr. ἐκ τοῦ γένους, e familia noſtra vel eadem. E. 7, 3, 6. πρὸς τὴν πόλιν. 7, 4, 14. ἐπὶ τὴν πόλιν. Ιερ. 11, 5. ἐκ τῆς πόλεως. Cod. Lipſ. ἐκ τῆς σῆς π. Απ. 1, 2, 61. τῇ πόλει, huic ſ. ſuae. O. 4, 7. αἱ τιμαὶ, honores conſueti. 11, 15. ὁ παῖς, cui id muneris deſtinatum. §. 18. Cf. ἄλλος, ἀνακαλεῖν, αὐτὸς, πολύς, it. Hutch. ad A. 1, 4, 13. et Fiſcher. ad Weller. p. 111. Sic ante numeralia, Π. 1, 2, 12. ἐπειδὰν τὰ δέκα ἔτη διατελέσωσι. §. 13. τὰ πέντε καὶ εἴκοσιν ἔτη. 1, 3, 7. τοῖς τρισὶ δακτύλοις, tribus digitis prioribus manus ſiniſtrae, quibus quaſi ex arte ſua vti ſolent. Saepe non ſatis conſtat, cur additus ſit articulus, vt Π. 2, 1, 2. p. 88. πλείους τῶν μυρίων. 3, 1, 19. πλείω τῶν τριχιλίων. Αγ. 1, 34. πλέον τῶν ἑκατὸν ταλάντων, quae promiſſa erant. Sed E. 4, 3, 14. narratur eadem res omiſſo articulo. O. 20, 16. εἷς παρὰ τοὺς δέκα διαφέρει. §. 18. Cf. τρίτος

Op.-

Opponitur nomen articulo carens, Αγ. 11, 4. ἐξομιλεῖν μὲν παντοδαποῖς, χρῆσθαι δὲ τοῖς ἀγαθοῖς. Απ. 2, 1, 32. σύνειμι μὲν θεοῖς, σύνειμι δὲ ἀνθρώποις τοῖς ἀγαθοῖς. ¶ 15) Habet etiam emphasin, Π. 4, 6, 2. p. 258. ἐγὼ μὲν ὁ τάλας. 7, 3, 3. ἐγὼ ἡ μωρὰ — ἐγὼ ἡ παρακελευομένη. Α. 3, 1, 19. οὐδ' ἀποθανεῖν οἱ τλήμονες δύνανται. Απ. 2, 7, 2. τεσσαρεσκαίδεκα τοὺς ἐλευθέρους, *et eos quidem liberos.* Cf. nr. 20. ¶ 16) Indicat id, quod alteri quocunque modo accidit, vel ad eum pertinet, c. gen. Π. 7, 5, 8. τὸ τοῦ ποταμοῦ, *quod de flumine factum erat.* Ο. 16, 7. τὸ τῶν ἁλιέων, *quod facere piscatores solent.* Απολ. 6. τὰ τοῦ γήρως, *senectutis incommoda.* ¶ 17) Facit periphrasin nominis, Ε. 4, 8, 7. τὰ τῆς βοηθείας καὶ τὰ τῆς σπανοσιτίας. Margg. καὶ τὴν σπανοσιτίαν. 7, 1, 26. ἐπῄνει τὰ τοῦ βασιλέως. c. ἐν, v. supra nr. 11. l. et ἐν nr. 17. a. et θεὸς nr. 1. m. n. o. ¶ 18) Ponitur pro τὶς, *aliquis.* Π. 4, 5, 3. τὸν νύκτωρ πορευόμενον. 6, 1, 18. extr. πέμπει τὸν εὐνοῦχον. Potest tamen h. l. articulus significare, Pantheam eo inprimis et libentissime visam esse. 7, 4, 4. ᾖκον οἱ παρὰ Κύρου. Α. 4, 5, 17. πέμπει τοὺς ἐκ τῆς κώμης. 5, 3, 5. τὸ μέρος. Ε. 4, 1, 1. τὸ ἔθνος. Margg. τὶ ἔθν. Morus illud τὸ explicat per τοῦτο, Car. Gottlob Kühn. ad Aelian. V. H. 1, 25. nobiscum facit. Ιπ. 5, 6. τὸν θεὸν — δεδωκέναι. All. male τοὺς θεούς. Sic Π. 2, 4, 17. p. 136. Zeun. e cod. Guelf. edidit τοὺς εὐζώνους ἄνδρας, pro τινὰς, vt est ap. Zonaram. In reliquis edd. τοὺς deest. Fortassis ita explicari potest Απ. 4, 7, 9. τοῦ γὰρ οὕτω προσέχοντος ἑαυτῷ, i. e. εἴ τις οὕτω προσέχοι. Sed Ern. e MS. 1. recepit τὸν γὰρ οὕτω προσέχοντα. Inprimis οἱ δὲ, etiamsi non praecessit οἱ μὲν, est τινές. v. Doruill. ad Charit. p. 142. Π. 6, 3, 4. προεληλύθοιεν δὲ ἐπὶ χιλὸν, οἱ δὲ ἐπὶ ξύλα. Leunclauio duce Steph. et Hutch. ante ἐπὶ χιλὸν inserunt οἱ μέν. 8, 3, 16. πολλοὶ μὲν — πολλοὶ δὲ — πολλοὶ δὲ — οἱ δὲ — ᾖκει δέ τις. Α. 1, 5, 13. οἱ δὲ καὶ ἔσχασαν. 1, 8, 14. οἱ δὲ ἵσχυντο, ἔστι δ' ὅστις. 1, 10, 2. 5, 7, 13. 7, 4, 13. ἐλήφθησάν τινες — οἱ δὲ καὶ ἀπέθανον. Ε. 1, 2, 9. it. bis, Α. 5, 4, 17. ἀπεῖχον — στα-

— ϛάδια ὀγδοήκοντα, αἱ δὲ πλεῖον, αἱ δὲ μεῖον. c. μὲν, non ſequente δὲ, v. Doruill. l. l. Π. 1, 5, 3. τὰ μὲν καὶ διαβάλλων, partim ſ. in nonnullis etiam. v. nr. 26. a. Sed ſequ. δὲ O. 2, 6. τὰ μὲν ἤδη προσάττουσαν — ἢν δὲ δὴ πόλεμος γένηται. Moſche explicat: *iam quidem, prout iam nunc res ſunt.* c. τὶς, A, 5, 7, 10. οἱ δέ τινες, pro τινὲς δέ. Cf. του et τῳ enclitica in v. τὶς nr. 35. ſq. et ſupra nr. 8. ¶ 19) Eſt i. q. τίς, *quis*. Aπ. 3, 2, 1. τοῦ ἕνεκεν. 4, 5, 10. τῷ γὰρ ἂν ἧττον φήσαιμεν προσήκειν. O. 11, 25. Σ. 3, 13. 4, 52. 55. Sic Aπ. 4, 4, 17. promiſcue ponuntur τῷ et τίνι. ¶ 20) *ille*. Praecedente καὶ, Π. 1, 3, 8. καὶ τὸν κελεῦσαι δοῦναι. 4, 2, 7. καὶ τὸν ἀποκρίνασθαι λέγεται. Sic ſine καὶ, de nobilitate, A. 3, 2, 8. Ξέρξης ἀγείρας τὴν ἀναρίθμητον ϛρατιάν. Aγ. 2, 1. ὁ Πέρσης ἐπορεύετο τῷ παμπληθεῖ ϛόλῳ. Cf. nr. 15. ¶ 21) i. q. τοιοῦτος vel ἐκεῖνος. A. 1, 9, 4. τὰ μὲν ἔπαθεν, ὧν καὶ τὰς ὠτειλὰς φανερὰς εἶχε. E. 2, 3, 17. p. 90. τοῖς, οἵοις τε ἡμῖν καὶ ὑμῖν χαλεπὴν πολιτείαν. §. 18. p. 100. τοῖς ἐναντίος εἰμὶ, οἳ οὐκ οἴονται etc. ¶ 22) i. q. οὗτος. Π. 4, 5, 12. p. 246. et 8, 1, 2. ἐν τῷ λόγῳ, h. e. ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ. A. 2, 2, 1. τῆς νυκτὸς, *hac nocte*. 5, 2, 3. ἐν τῇ χώρᾳ. Ιερ. 2, 15. ἐπὶ τῷ ἔργῳ. etc. Vnde ὁ δὲ i. q. οὗτος δὲ, np. ante nominatus, vel poſt nominandus alteri. Π. 1, 3, 13. ὁ δὲ οὐκ ἐμέλλησεν. 1, 4, 9. 3, 3, 5. 8, 7, 2. A. 1, 3, 21. 2, 3, 1. 4, 2, 4. ἔμενον ὡς κατέχοντες· οἱ δ' οὐ κατεῖχον, *ſed non habebant*. Aϑ. 1, 6. οἱ δὲ καὶ — βουλεύονται. §. 7. οἱ δὲ γιγνώσκουσι. §. 16. οἱ δὲ ἀντιλογίζονται. His tribus in locis Zeun. ſcribit οἵδε. 3, 10. οἱ δὲ τοῦτο γνώμῃ ποιοῦσιν. Aπ. 1, 2, 37. τῶν δέ τοι — ἀπέχεσθαι δεήσει, τῶν σκυτέων etc. Hindenb. iunctim ſcribi vult τῶνδε. Eodem ſenſu Π. 1, 4, 17. οἱ μὲν δὴ ταῦτα ἔπραττον. O. 1, 16. τὰ μὲν, i. e. ταῦτα μὲν, quae disputata ſunt. Sequitur ἐκεῖνο δέ. ¶ 23) *vnusquisque, ſingulus*. Π. 2, 1, 12. ἡ τάξις (np. ἑκάϛη) ἦν ἑκατὸν ἄνδρες. (Π. 6, 3, 10. in ſimili re additur ἕκαϛος.) A. 3, 5, 6. ὁ γὰρ ἀσκὸς δύο ἄνδρας ἕξει. All. πᾶς. ¶ 24) ὁ μὲν — ὁ δὲ, ¶ a) *hic — ille*. Nam ὁ μὲν refertur ad propius

pius, ὁ δὲ ad remotius. v. Waff. addenda Thucydidi praefixa. Π. 8, 4, 4. τὰ μὲν κακῶς — τὰ δὲ εὖ. A. 1, 10, 3. βασιλεὺς καὶ οἱ Ἕλληνες, οἱ μὲν διώκοντες, ὁ δὲ etc. Contra interdum ὁ μὲν refertur ad remotius, Π. 8, 4, 7. τἀγαθὰ καλῶς φέρειν ἢ τὰ κακά· τὰ μὲν γὰρ ὕβριν, τὰ δὲ σωφροσύνην ἐμποιεῖ. Αγ. 11, 6. 7. Λ. 7, 4. Απ. 1, 2, 51. 2, 3, 1. τῶν μὲν ἀφρόνων ὄντων, τοῦ δὲ φρονίμου. 3, 1, 8. O. 3, 2. 3. K. 5, 7. b) *alius — alius*. Π. 1, 4, 15. τοῦ μὲν καταγελῶντα ὁρῶν — τὸν δέ τινα καὶ ἐπαινοῦντα. 1, 5, 3. οἱ μὲν δὴ καὶ τοῖς λόγοις πειθόμενοι, οἱ δὲ καὶ δώροις καὶ χρήμασιν. 2, 2, 10. οἱ μὲν καὶ βελτίονος, οἱ δὲ καὶ μείονος ἄξιοι. 2, 3, 8. τοῦ μὲν — τῶν δέ. 3, 1, 23. ὁ μέν τις — ὁ δὲ — ὁ δὲ — ὁ δέ τις. 3, 2, 5. οἱ μέν τινες — οἱ δὲ — οἱ δέ τινες. 5, 5, 12. οἱ μὲν — οἱ δὲ πλεῖστοι — ὁ μέν τις — ὁ δὲ — ὁ δὲ — ὁ δὲ — ὁ δὲ — ὁ δέ. 6, 1, 15. τοὺς μὲν — τοὺς δέ τινας. 6, 3, 4. προεληλύθοιεν δὲ οἱ μὲν ἐπὶ χιλὸν, οἱ δ' ἐπὶ ξύλα. Sed Zeun. e marg. Steph. et MS. Guelf. edidit προεληλυθότες ἐπὶ χιλὸν, οἱ δ' ἐπὶ ξ. 7, 5, 11. ὁ μὲν προβαλλόμενός τι, ὁ δὲ, φεύγων, ὁ δέ γε, καὶ ἀμυνόμενος. 8, 2, 4. ὁ μὲν — ὁ δὲ — ὁ δὲ — ὁ δέ γε. 8, 4, 14. οἱ μέν τινες — οἱ δέ τινες. A. 2, 3, 9. αὗται δὲ — οἵας μὲν (all. μὴ) ἐστὶν ἰδεῖν — αἱ δὲ — τὰς δέ τινας (all. τινες). 3, 3, 12. τοὺς μέν τινας — τοὺς δέ. 3, 4, 18. 4, 3, 24. οἱ μέν τινες — οἱ δὲ πολλοί. 4, 8, 16. οἱ μὲν — οἱ δὲ — οἱ δὲ καί. 5, 6, 9. τοῖς μὲν — τοῖς δὲ πολλοῖς. 6, 5, 7. τὴν μὲν — τὴν δὲ — τὴν δὲ μίαν. Αγ. 2, 12. οἱ μὲν — πολλοὶ δέ. Αθ. 2, 8. φωνὴν τὴν πᾶσαν ἀκούοντες, ἐξελέξαντο τοῦτο μὲν ἐκ τῆς, τοῦτο δ' ἐκ τῆς. §. 11. παρὰ μὲν τοῦ ξύλα, παρὰ δὲ τοῦ — παρὰ δὲ τοῦ — παρὰ δὲ τοῦ — παρὰ δὲ τοῦ. §. 12. οὐδὲ τἄλλα — μιᾷ πόλει, ἀλλὰ τὸ μὲν τῇ, τὸ δὲ τῇ. 3, 11. ἐντὸς ὀλίγου χρόνου — ἐδούλευσεν. τὸ μὲν Βοιωτοῖς· τοῦτο δὲ, ὅτε Μιλησίων εἵλοντο τοὺς βελτίστους· — τοῦτο δὲ, ὅτε εἵλοντο Λακεδαιμονίους. Hic vertere possis: *aliquando — rursus — rursus*. E. 1, 1, 21. 3, 2, 3. 4, 3, 12. 4, 4. 3. 4, 5, 8. τοῦ μὲν ὑφηγουμένου, τῶν δὲ, μετιόντων. §. 14. 4, 7, 7. 5, 1, 19. 20. 6, 2, 9. 10. 7, 1, 34. Απ. 2, 5, 3. Ιπ. 10, 6. ὁ μὲν — ὁ δὲ ἕτερος. Cf. ἕτερος nr. 1. et 5. Ιπρ. 8, 17. εἰ δύο τάξεις ἐκ τῆς φυλῆς (i. e. *ex vna)*

να) ποιήσειεν, καὶ τῆς μὲν — ἡγοῖτο, τῆς δὲ ἄλλης. K. 3, 10. 11, 1. θηρία ἁλίσκεται τὰ μὲν ἐν ξέναις χώραις — τὰ δὲ ἐν Ὀλύμπῳ, — τὰ δὲ etc. Sed hic illa τὰ μὲν inſerta ſunt Stephano et Leuncl. auctoribus. Interdum praecedit ὅσος, Π. 3, 1, 18. ὅσην μὲν ἄν σοι δοκῇ ϛρατιὰν ἄγειν, τὴν δὲ καταλιπεῖν Φυλακὴν, reliquum. 4, 5, 15. p. 251. ὅσοι ἡμῖν πάρεισιν, οἱ δὲ προσάγονται. it. praecedit caſus aliquis articuli poſtpoſitiui praeter genitiuum, Π. 7, 5, 11. προεῖπεν, οὓς μὲν ἔξω λαμβάνοιεν, κατακαίνειν, τοὺς δ' ἐν ταῖς οἰκίαις κηρύττειν — ἔνδον μένειν. O. 1, 17. οὓς ἐγὼ ὁρῶ τοὺς μὲν καὶ πολεμικὰς, τοὺς δὲ καὶ εἰρηνικὰς ἐπιϛήμας ἔχοντας. it. ſequitur poſtpoſitiuus, Π. 5, 3, 9. τῶν ἀγγέλων — τοὺς μὲν εἴασεν ὁ Γαδάτας διαφεύγειν, οὓς δ' ἔλαβε, βασανίζων, ſcil. ἦν. A. 2, 6, 14. Cf. ἄλλος, ὅς nr. 8. οὗτος. ¶ c) K. 2, 2. Leuncl. mutauit τὸν μὲν in τιμήν. ¶ 25) τῇ μὲν — τῇ δὲ, *hinc* — *hinc*. A. 4, 8, 8. τῇ μὲν ἄνοδον, τῇ δὲ εὔοδον τὸ ὄρος. ¶ 26) τὰ μὲν — τὰ δὲ, a) *partim* — *partim*. A. 4, 1, 11. τὰ μέν τι μαχόμενοι, τὰ δὲ καὶ ἀναπαυόμενοι. E. 1, 1, 3. 1, 7, 10. p. 54. 6, 5, 40. Aπ. 1, 3, 1. 2, 4, 6. K. 9, 6. Interdum omittitur τὰ δὲ, et καὶ pro eo ponitur, vt Π. 1, 5, 3. τὰ μὲν καὶ διαβάλλων, *partim vera nuncians, partim criminans.* ¶ b) *mox* — *mox*. O. 11, 18. τὰ μὲν βάδην, τὰ δὲ ἀποδραμὼν οἴκαδε. ¶ 27) ἡ Erneſt. ex edit. Baſil. malit mutare in ἤ, Aπ. 3, 14, 5. ὀψοποιΐα, ἡ μᾶλλον τὰ ὄψα λυμαινομένη. De formula Ὁδὸς ἡ ἐκ τῶν κωμῶν et ſimilibus, vbi omiſſum eſt participium ἄγουσα vel Φέρουσα, v. ſupra nr. 11. g. et ὁδός. ¶ 28) τὸ ponitur ante integram enunciationem, A. 4, 4, 11. ἐρωτώμενος δὲ τὸ, ποδαπὸς εἴη, *conſuetum illud.* Iπ. 12, 4. τὸ δὲ περὶ τὸ ἦτρον, *quod attinet ad.* Sed Leuncl. et Welſ. abiecto priori τὸ edidere περὶ δὲ τὸ ἦτρ. Sic ante inf. Π. 1, 6, 7. τὸ δὲ ἐπίϛασθαι ἀνθρώπων ἄλλων προϛατεύειν — τοῦτο θαυμαϛὸν ἐφαίνετο. §. 11. τὸ δ' (ed. Iunt. τὸν δ') ἔχοντα δύναμιν — ἔπειτα ἀμελεῖν τοῦ πορίζειν — τοῦτο εἶναι αἰσχρόν. Aπ. 1, 4, 6. 7. 12. τὸ δὲ — δοῦναι — παρέχειν; Intell. ταῦτα οὐκ οἴει προνοίας ἔργα εἶναι. §. 11. τὸ πορεύεσθαι, *incedendi facultatem.* 4,

2, 14.

2, 14. τί δὲ τὸ κακουργεῖν; — τὸ δ' (Leuncl. et Well. τί δ') ἀνδραποδίζεσθαι; 4, 3, 5. 6. 7. 8. 9. 11. 12. Ἀπολ. 17. extr. 18. Σ. 2, 6. ἱκανώτατος εἰς τὸ ταῦτα ἐπιτηδεῦσαι. Zeun. cum Leuncl. τὸ omittit. Cf. nr. 12. Saepe omissum est hoc τὸ, vt O. 9, 11. καὶ τὸ προνοεῖν — καὶ σκοπεῖν. v. Bach. ad h. l. et Fischer. ad Weller. p. 113. ¶ 29) τὸ, *dictum illud, vox illa.* Π. 5, 1, 10. τοῦτο μὲν οὐκ αἰσχύνομαι λέγων. τὸ δὲ — ἀποδώσω, εὖ ἴσθε ὅτι τοῦτο αἰσχυνοίμην ἂν εἰπεῖν. Απ. 1, 2, 57. τὸ Ἡσιόδου. §. 58. 4, 2, 24. τὸ, γνῶθι σαυτόν. Sic post λέγειν verti potest *scilicet*, Π. 3, 3, 26. λέγοντες πολὺ τό· ἄγετ', ἄνδρες φίλοι. O. 7, 3. γελάσας ἐπὶ τῷ, *quod dixissem*: τί ποιῶν etc. c. gen. Π. 5, 3, 5. τὰ τοῦ Ἀσσυρίου, *quae Assyrius respondisset.* ¶ 33) τὸ post διὰ est *quia.* Π. 1, 5, 7. p. 55. διὰ τοῦτο θαρρεῖν, τὸ μὴ — ποιεῖσθαι. ¶ 31) τὸ dicitur de tempore, vt τὸ μέχρι τούτου E. 7, 1, 32. τὸ ἀπὸ τούτου Αγ. 1, 34. E. 4, 6, 12. it. τὸ ἀπὸ τοῦδε Π. 5, 1, 2. 5, 2, 15. p. 286. 7, 1, 6. 7, 2, 4. Scribitur etiam vno verbo τοαποτοῦδε, vt τοεκτοῦδε. v. suis locis. Plene, sed sine τὸ, legitur Απ. 3, 1, 4. ἀπὸ τοῦδε τοῦ χρόνου. Sic τὸ δεύτερον, τὸ λοιπὸν, τὸ πρῶτον. v. δεύτ. λοιπ. πρ. it. τὸ νῦν εἶναι, v. νῦν nr. 7. et εἶναι nr. 16. b. ¶ 32) τὸ mutatum recte in τῷ, Αγ. 5, 4. διαμάχεσθαι τὸ μὴ φιληθῆναι. Steph. et Bach. τῷ μ. φ. ¶ 38) τοῦ πρόσω, A. 1, 3, 1. *vlterius*, pro ἐπὶ τοῦ τόπου πρόσω. ¶ 34) τοῦ c. inf. Intelligitur ἕνεκα, Π. 1, 3, 8. τοῦ δὴ μὴ λυσιτελεῖν. 2, 4, 9. §. 17. p. 137. 3, 3, 17. 8, 1, 7. Suppletur ellipsis A. 3, 4, 21. τοῦ μὴ φεύγειν ἕνεκα. Sed Π. 3, 1, 12. ἡ ἧττα σωφρονίζειν ἱκανὴ, τοῦ γνῶναι. Hutch. reponit τὸ, i. e. *ea clades, quod cognoscant.* v. Zeun. 5, 3, 2. καλῶς ποιήσαιμεν τοῦ εὐθὺς φανεροὶ εἶναι. Margg. τῷ. Sed melius est τοῦ. 5, 4, 16. p. 318. τοῦ ἐμὲ ἀνιᾶν — κρείττων ἐστὶ, *maior* s. *superior est, vt mihi possit esse molestius.* Welsius cum Leuncl. contra libros scripsit τῷ. ¶ 35) τοῦ ante inf. saepe omittitur. v. αἴτιος, ἄξιος, ἀποτρέπειν, ἀσχολία. ¶ 36) τῷ c. inf. Intelligitur ἐπὶ, Π. 4, 5, 5. ἐβριμοῦτο τῷ Κύρῳ τῷ καταλιπόντας αὐτὸν οἴχεσθαι. O. 7, 19. vbi edd. vett. et Cod. Guelf.

Guelf. habent τὸ, vt intelligatur διά. Et hoc τῷ ante inf. saepe mutandum in τὸ, vt Π. 1, 4, 4. τὸ σκυλακῶδες τῷ (Leuncl. et Hutch. τὸ) πᾶσι προσπίπτειν. Απ. 3, 10, 9. καλὸν τὸ εὕρημα τῷ σκεπάζειν. Bessario: *propterea quod tegat.* Sed Ern. et Hindenb. corrigunt τὸ σκ. Ιπ. 6, 5. τῷ δ' αὖ μακρῷ τῷ ἀγαγεῖ διδάσκειν. Leuncl. et Wells. τὸ δ' αὖ. Cf. Ernest. ad Απ. 3, 4, 8. ¶ 37) τῷ παντὶ, *omnino.* v. πᾶς nr. 9. ¶ 38) τῇ, *ideo, eatenus.* Moschopulus: τῇ ἀντὶ ταύτῃ. A. 6, 1, 12. Ξενοφῶν τῇ μὲν ἐβούλετο ταῦτα — ὁπότε δὲ ἐνθυμοῖτο etc. ¶ 39) τῇ mutatum in τε. Απ. 3, 9, 11. ἐν τῇ νηΐ τὸν μὲν ἐπιςάμενον. Hindenb. et Ern. e cod. MS. emendant ἔν τε νηΐ. ¶ 40) τῇ γε, *hanc ob caussam.* Πο. 4, 36. καὶ τῇ γε συμφορώτερον τὸ κατα μέρος πράττεσθαι. Steph. τῇδέ γε, probante Zeunio. 41) τὰ ponitur, si nullum adest genus, s. substantiuum. Απ. 4, 4, 7. εἰ τὰ δὶς πέντε δέκα ἐςίν. ¶ 41) ὅδε, *hicce.* a) A. 6, 6, 13. τοῦτον τὸν ἄνδρα. 2 Codd. τόνδε τὸν ἀ. E. 2, 4, 3. τῇ ὑςεραίᾳ οἵδε ἀπῆλθον. Απολ. 29. ὁ μὲν ἀνὴρ ὅδε γε. A. 7, 3, 27. τάδε δὴ, ἃ σὺ ἔλεγες, *ea euenerunt.* Sed E. 3, 3, 1. est de rebus gerendis. A. 2, 1, 12. συνεβούλευσεν αὐτοῖς τάδε, *haec et illa, talia.* K. 6, 10. παραδεδράμηκε παρὰ τάδε ἢ τάδε, *hac vel illac.* b) τόδε, vt τὸ, ponitur ante inf. Π. 1, 6, 10. τόδε δὲ μάλιςα μέμνησό μοι, μὴ ἀναμένειν. Sed τῷδε, *hac in re.* Αθ. 3, 1. καὶ τῷδέ τινας ὁρῶ μεμφομένους. Steph. conicit κἂν τῷδε. c) E. 7, 5, 27. μέχρι τοῦδε γεγράφθω, *hactenus.* Margg. τούτου. Απολ. 5. μέχρι τοῦδε, *huc usque.* Leuncl. *ad hunc vsque diem.* Plene legitur Απ. 4, 8, 6. 7. μέχρι τοῦδε τοῦ χρόνου. Cf. nr. 31. d) In var. lect. τάδε permutatur c. τοιάδε. v. τοιόςδε. it. c. ὧδε. v. ὧδε lit. e. it. c. ἃ δέ. v. ὅς nr. 9. ¶ 43) τῇδε, ¶ a) *hoc loco.* Phauorin: τῇδε ἀντὶ τοῦ ἐνθάδε λέγουσιν Αἰολεῖς. Moschop: τῇδε ἀντὶ ἐνταῦθα. A. 7, 2, 7. ἐγὼ δὲ τῇδε ἁρμοςής. ¶ b) *hac re.* Π. 8, 2, 11. τῇδέ γε μέντοι διαφέρειν μοι δοκῶ τῶν πλείςων, ὅτι etc. ¶ c) *hac in parte, hanc ob caussam.* Αγ. 1, 4. τῇδέ γε μὴν ἄξιον ἐπαινέσαι. ¶ d) *hoc modo.* Π. 8, 1, 11. διή-

ρει

ρει αἰδῶ καὶ σωφροσύνην τῇδε. 8, 8, 4. Cf. nr. 40.

ὀβελίσκος, *veru*. E. 3, 3, 7. ὀβελίσκους habent coniurati loco armorum. Ιπ. 10, 8. Cf. βουπόρος.

ὀβολὸς, *obolus*, drachmae Atticae ſexta pars. v. Plin. H. N. 21, 34. qui obolo decem chalcos tribuit. Suidas vero, ὀβολὸς, inquit, παρ' Ἀθηναίοις ἕξ ἐστι χαλκῶν. Pollux 9, 65. obolo tribuit chalcos octo, quam rationem plerique recentiorum ſequendam putant. Cf. Phauorin. it. Poll. 8, 39. 9, 60. etquos laudat Hutch. in indice ad anab. A. 1, 5, 6. σίγλος δύναται ἑπτὰ ὀβολοὺς καὶ ἡμιοβόλιον Ἀττικούς. Πο. 4, 14. 23. E. 1, 5, 4. Σ. 3, 8. μηδὲ ὀβολὸν, i. e. *ne minimum quidem, omnino nihil*. Cf. ἀτελὴς et μνᾶ.

ὀγδοήκοντα, *octoginta*. A. 4, 8, 13. ἀμφὶ τοὺς ὀγδοήκοντα. 7, 8, 8.

ὄγδοος, *octauus*. A. 4, 6, 1. ἡμέρα ὀγδόη.

*ὀγκηρῶς, *ſuperbe*. E. 3, 4, 8. Λύσανδρος, τῆς βασιλείας ὀγκηρότερον διάγων.

ὄγκος, ¶ 1) *moles, pondus*. Π. 6, 2, 11. p. 371. τούτων (medicamentorum) ὁ ὄγκος μικρότατος. K. 8, 8. διὰ τὸ βάθος τῆς χιόνος, καὶ διὰ τὸ — προσέχεσθαι αὐτῷ ὄγκον πολύν. Cf. Poll. 5, 50. ¶ 2) *multitudo*. Ιπρ. 5, 6. ἀνάγκη τὸν ὄγκον τῆς τάξεως μείζω — φαίνεσθαι.

ὀγκοῦσθαι, *efferri, ſuperbire*. c. ἐπὶ, Aπ. 1, 2, 25. ὠγκωμένω ἐπὶ γένει.

ὀγκώδης, *turgidus, tumidus*. Ιπ. 1, 12. in equo debet eſſe πλευρὰ πρὸς τὴν γαστέρα ὀγκωδεστέρα. Cf. Poll. 1, 189. K. 5, 30. Cf. Poll. 5, 70.

ὀγμεύειν, *meſſorum inſtar longa ſerie procedere*. Suid: ὤγμευον· Ξενοφῶν ἐν β' ἀντὶ τοῦ ἐπορεύοντο. παρὰ τὸν ὄγμον τὸν σημαίνοντα τὴν κατὰ τάξιν ὁδὸν τῶν θεριζόντων. Heſych: ὄγμος — μεταφορικῶς, ὅταν πορεύωνται ἐφ' ἕνα τεταγμένοι κατὰ στίχον. Cf. Iungerm. ad Poll. 5, 77. vbi de venatione legitur, vt Π. 2, 4, 15. ὤγμευον αὐτῷ (*ante eum*), ὡς ἐπιόντες τὰ θηρία ἐξανιστᾶιεν. All. ὥρμησαν.

ὀδαξεῖν, *ex morſu dolere*. Σ. 4, 28. ταῦτ' ἄρα — τὸν ὦμον πλεῖον ἢ πέντε ἡμέρας ὤδαξον. Cf. κνῆσμα.

ὅδε, v. ὁ nr. 42.

ὀδμὴ, i. q. ὀσμή. Thom. Mag: ὀσμὴ, Ἀττικόν· ὀδμὴ δὲ, Ἰωνικόν. καὶ Ξενοφῶν τοίνυν Ἰωνικῷ ἔθει ὀδμὴ λέγει. Phrynich: ὀσμὴ χρὴ λέγειν διὰ τοῦ σ. διὰ γὰρ τοῦ Δ ὀδμὴ Ἰωνικόν. παρα-

ρχνομεῖ γοῦν Ξενοφῶν εἰς τὴν πάτριον διάλεκτον, ὀδμὴ λέγων. Cf. Phauorin. in v. ὀσμή. Etiam Menagius ad Diog. Laert. 5, 44. et Koenius ad Gregor. de dialectis p. 276. dicunt, ὀδμὴ legi ap. Xenophontem. Sed hodie quidem in eius libris vbique inuenitur forma ὀσμή. Cf. Poll. 2, 75. qui nomen ὀδμὴ refert inter poetica.

ὁδοιπορεῖν, v. ὁδοποιεῖν.

ὁδοιπορία, *iter.* Π. 1, 2, 7. γυμνάζει ὁδοιπορίαις καὶ δρόμοις, O. 7, 23. 20, 18.

ὁδοποιεῖν, ¶ 1) *viam sternere* s. *parare.* A. 4, 8, 6. τὴν ὁδὸν ὡδοποίουν ὡς διαβιβάσοντες flumen. 5, 1, 7. τὰς ὁδοὺς — δυσπόρους — ὁδοποιεῖν. πείσονται γὰρ καὶ διὰ τὸ φοβεῖσθαι etc. Margg. et 2 codd. ante καὶ inferunt ὁδοποιεῖσθαι, quae scriptura intelligi non potest. §. 8. ἀνέκραγον, ὡς οὐ δέοι ὁδοποιεῖν. All. ὁδοιπορεῖν, i. e. *pedibus, non mari, iter facere.* 5, 3, 3. ὁδὸς ὁδοποιουμένη ἦν. E. 5, 4, 39. ὡδοποιημένων τοῦ χαρακώματος ἐξόδων. ¶ 2) c. acc. pers. *viam munire* s. *subleuare alicui, necessaria ad iter suppeditare.* A. 3, 2, 15. ὁδοποιήσειέ γ' ἂν αὐτούς. Morus recte legi iubet αὐτοῖς. Nam etiam alias iungitur datiuo.

ὁδοποιΐα, *viarum munitio.* Π. 6, 2, 11. p. 372. ἤν τι δέῃ ὁδοποιΐας, *si quando via est munienda.*

ὁδοποιὸς, *viarum strator, exercitui viam muniens.* Π. 6, 2, 11. p. 372. ὑμεῖς οἱ τῶν ὁδοποιῶν ἄρχοντες. Cf. Grot. ad Luc. 3, 5.

ὁδὸς, ¶ 1) *via.* A. 6, 4, 6. τοὺς νεκροὺς ἔνθαπερ ἔπεσον ἔθαψαν — ἐνίους δὲ τοὺς ἐκ τῶν ὁδῶν συνενεγκόντες ἔθαψαν. Cf. ἀριθμὸς, ἔμπειρος, μῆκος, πλῆθος. c. articulo, ita vt intelligatur φέρουσα s. ἄγουσα, A. 3, 2, 16. τῆς οἴκαδε ὁδοῦ. 6, 5, 4. τὴν ὁδὸν τὴν ἐκ τῶν κωμῶν. c. εἰς, O. 11, 15. τῇ εἰς ἀγρὸν ὁδῷ. c. ἐπὶ, Π. 2, 4, 13. προπέμπει (κατὰ) τὴν ἐπὶ τὰ φρούρια ὁδόν. 5, 3, 16. p. 301. πάρεστε εἰς τὴν ἐπὶ Βαβυλῶνος ὁδόν. 7, 2, 1. τῆς ἐπ' οἶκον ὁδοῦ ἀπεχώρει, *domum discedebat.* A. 4, 3, 12. ὁδὸς ἦν ἐπὶ τὴν διάβασιν ὡς τέτταρα στάδια. 6, 3, 15. κατὰ τὴν ἐπὶ Κάλπης (np. λιμένος vel λιμένα) ὁδόν. Cod. Eton. ἐπὶ omittit. E. 7, 1, 19. c. πρὸς, Π. 2, 4, 13. προεληλυθότος τὴν πρὸς τὰ φρούρια ὁδόν. Hic ὁδὸν a nonnullis omittitur. c.

κατὰ,

κατὰ, Π. 7, 5, 11. διέπεμπε τάξεις κατὰ τὰς ὁδοὺς Babylonis. A. 4, 6, 8. οὐδαμῇ — ᾗ κατὰ ταύτην τὴν ὁδόν. §. 16. ἦγε κατὰ τὴν ὁδόν. 5, 3, 2. c. gen. ἡμερῶν, v. ἡμέρα nr. 1. e. Sic Π. 1, 1, 3. ἀπέχοντας παμπόλλων ἡμερῶν ὁδὸν, τοὺς δὲ καὶ μηνῶν. 8, 2, 6. ἀπέχοντας πολλῶν μηνῶν (Margg. ἡμερῶν) ὁδόν. Cf. μήν. c. variis epithetis, vt Π. 1, 6, 19. p. 82. ϛρατιὰν ἄγειν ἢ ϛενὰς ἢ πλατείας ὁδοὺς, ἢ ὀρεινὰς ἢ πεδινάς. 2, 4, 17. p. 138. ἐλάσσων ἡ ὁδὸς — τὴν ῥᾴϛην ἡγεῖσθαι· ϛρατιᾷ γὰρ ἡ ῥᾴϛη ταχίϛη. 4, 3, 5. ἐάν τε πολλὴν, ἐάν τε ὀλίγην ὁδὸν διελθεῖν. 4, 4, 1. πόσην ὁδὸν διήλασαν. 5, 3, 16. p. 298. ὁμαλή τε καὶ πλατεῖα ἡ ὁδός. 6, 3, 2. 8, 6, 9. A. 3, 4, 11. 4, 1, 7. §. 17. ὁδὸν τὴν φανερὰν — δυνατὴν καὶ ὑποζυγίοις πορεύεσθαι. 4, 2, 4. 9. 4, 3, 4. ὁδὸς μία ἡ ὁρωμένη ἦν (*quae conspici posset*, i. q. φανερὰ), ἄγουσα ἄνω. 5, 1, 7. ὁδοὺς δυσπόρους. 6, 3, 9. πολλὴ — πολλὴ — ἐλαχίϛη ὁδός. 6, 6, 22. πορευόμενοι τὴν ὀρθὴν ὁδόν. E. 6, 4, 26. πορευόμενοι χαλεπὴν ὁδόν. 7, 4, 17. μακροτάτην ὁδὸν ἐλθόντες. §. 28. ἐπορεύοντο τὴν Ὀλυμπιακὴν ὁδὸν, *quae Elide ducit Olympiam*. Aπ. 3, 13, 6. Ιπρ. 2, 9. 4, 3. K. 6, 5. ὁδοὺς τραχείας, σιμὰς, λαγαρὰς, σκοτεινάς. 12, 2. Cf. ἁμαξιτὸς, ἀτριβὴς, ἰσχυρὸς, ὄρθιος, φανερὸς, χειροποίητος. Post πολλὴ ponitur in genitiuo, Π. 6, 2, 10. πολλὴ γάρ ἐϛι τῆς ὁδοῦ ἄοινος. Dicitur etiam ϛενὸν τῆς ὁδοῦ. v. ϛεν. Accusatiuus, verbis iunctus, a) vel a verbis regitur, vt Π. 7, 5, 9. δείκνυτε τὰς ὁδούς. 5, 4, 1. τὴν ὁδὸν, ᾗ μέλλει προσιέναι, ἐδήλωσε. A. 7, 3, 1. τὴν πρὸς Ἀρίϛαρχον ὁδὸν ἐᾶσαι, *non proficisci*. Π. 1, 6, 18. τὰς ὁδοὺς βέλτιον εἰδέναι. A. 7, 3, 23. ὁδόν τινα λαβὼν, *nactus, inuenta quadam via*. Aπ. 3, 13, 5. μηκύνειν τὰς ὁδούς. A. 5, 1, 8. ποιεῖν τὰς ὁδοὺς, i. e. ὁδοποιεῖν. Aγ. 2, 1. ἐνιαυσίαν ὁδὸν ἐποιήσατο, *confecerat*. b) vel pendet ab omissa praepositione aliqua, vt E. 4, 6, 14. ἀπῄει τοιαύτας ὁδοὺς, ἃς οὔτε πολλοὶ, οὔτε ὀλίγοι δύναιντ' ἂν — πορεύεσθαι. A. 3, 5. 1. ἀποτρεπόμενοι ἄλλην ὁδὸν ᾤχοντο. Π. 4, 1, 9. ἤλθομεν μακρὰν ὁδόν. A. 2, 2, 3. 3, 1, 5. Π. 5, 5, 13. ὁδὸν μακρὰν ἥκων. Sic saepe πορεύεσθαι, cuius iam supra multa sunt exempla al-

allata. Sed legitur etiam c. dat. E. 4, 5, 13. εἰ πορεύοιντο τῇ ὁδῷ, *si pergerent in itinere.* Cf. βαδίζειν, διαχίζειν, εἰδέναι, ἐκπίπτειν, ἡγεῖσθαι, ὁδοποιεῖν. Π. 5, 3, 19. ὅτι ἐπὶ τῇ ὁδῷ (Cod. Guelf. et marg. Steph. ἐπὶ τῇ ἕω) ἐπιμένοι — ἐν ὁδῷ πάντες ἦσαν. Ipsa ὁδὸς dicitur ἄγειν, v. ἄγειν. it. γίγνεσθαι A. 3, 4, 15. it. ἰέναι Π. 5, 4, 19. it. φέρειν. v. φέρειν nr. 6. ¶ 2) *via trita et celebris.* A. 1, 2, 13. ἦν παρὰ τὴν ὁδὸν κρήνη. E. 3, 5, 17. ἐδίωκον ἐς τὰς ὁδούς. 7, 4, 23. καθ' ὁδὸν πορευόμενοι, non in campo. §. 24. Aπ. 2, 1, 15. 2, 2, 4. vbi intelligi possunt *viae vrbis, plateae.* O. 19, 13. K. 5, 18. ἐν τοῖς τριμμοῖς καὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς. ¶ 3) *iter, profectio.* Π. 4, 3, 3. p. 230. ἱππικὴ ἐν ὁδῷ ἡδίων, ἢ αὐτοὺς τοῖν ποδοῖν πορεύεσθαι. A. 1, 4, 11. ὅτι ἡ ὁδὸς ἔσοιτο πρὸς βασιλέα. Aπ. 3, 13, 5. τὴν εἰς Ὀλυμπίαν ὁδόν. Mox est τὴν πορείαν. Ibid. ἐν τῇ ὁδῷ. Cf. ἀποκωλύειν. ¶ 4) *itineris caussa.* E. 7, 3, 5. αἰσθόμενοι τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, *cur Thebas profectus esset.* ¶ 5) *alueus.* Π. 7, 5, 8. ἡ διὰ τῆς πόλεως τοῦ ποταμοῦ ὁδὸς πορεύσιμος ἀνθρώποις ἐγίγνετο. In seqq. est τὸ ἔδαφος τοῦ ποταμοῦ. ¶ 6) Metaphorice: *ratio vitae, ratio agendi.* Π. 1, 3, 4. ἁπλουστέρα καὶ εὐθυτέρα ὁδός ἐστιν ἐπὶ τὸ ἐμπλησθῆναι. §. 12. ἐπὶ τὸ μετρίως ἔχειν ὁποίαν βούλει ὁδὸν πορεύσῃ. 1, 6, 13. τίνα ὁδὸν ἰὼν τοῦτο πράττειν ἱκανὸς ἔσομαι. §. 18. §. 19. p. 72. Aπ. 1, 7, 1. καλλίων ὁδὸς ἐπ' εὐδοξίᾳ. 2, 1, 11. 12. 23. 29. 2, 6, 39. 4, 2, 23. Cf. αὐτὸς nr. 6. et τρέπεσθαι c. ἐπὶ. Π. 1, 6, 18. ἐπὶ τὸ πείθεσθαι — συντομωτέρα ὁδός ἐστιν. A. 2, 6, 11. Sic omissis verbis ἐπ' ἐκεῖνα, Π. 1, 6, 19. p. 71. οὐκ ἔστιν συντομωτέρα ὁδὸς περὶ ὧν ἂν βούλῃ δοκεῖν φρόνιμος εἶναι. ¶ 7) *vita.* Eπ. 3. ὁδοῦ ἀνθρωπίνης ἀρχὴν γένεσιν. ¶ 8) Saepe omittitur, vt Π. 5, 2, 15. extr. τὴν ἐπὶ Βαβυλῶνος. A. 3, 4, 28. τὴν λοιπὴν πορευσόμεθα. Aγ. 2, 5. τὴν λοιπὴν ἐπορεύθη. Aγ. 1, 28. et E. 3, 4, 21. ὡς ἡγήσοιτο τὴν συντομωτάτην ἐπὶ τὰ κράτιστα τῆς χώρας. E. 6, 4, 3. ὀρεινὴν πορευθείς. Sic Π. 8, 5, 7. E. 7, 2, 13. 7, 5, 21. in omnibus est τὴν σύντομον et τὴν συντομωτάτην. Cf. A. 7, 8, 12. et supra

nr. 1. ex Π. 2, 4, 13. it. φέρειν nr. 6. et ὁ nr. 11. g. ¶ 9) In var. lect. eſt pro πάροδος. v. ibi. it. pro αὐτός. v. αὐτὸς nr. 6. c. d. it. pro ἕως. v. ἕως nr. 1. et ſupra nr. 1.

ὀδοὺς, *dens.* Π. 2, 3, 5. p. 118. παίειν — ὁ κάπρος ὀδόντι. Απ. 1, 4, 6. τοὺς μὲν πρόσθεν ὀδόντας — τοὺς δὲ γομφίους. Ιπ. 6, 8. πρὸς τοῖς ὀδοῦσι. 10, 9. K. 10, 13. 17.

Ὀδρύσαι et Ὀδρύσσαι, *Odryſae,* populi Thraciae. A. 7, 2, 18. ciuili ſeditione laborant. 7, 3, 7. Medocus, eorum rex, dona ad Seuthen de amicitia mittit. 7, 4, 16. et 7, 5, 1. occurrit alius eorum rex, Τήρης Ὀδρύσης. 7, 5, 9. multi ſe Seuthae tradunt. E. 3, 2, 2 — 4. nominantur Ὀδρύσαι Θρᾶκες, a Seutha miſſi Dercyllidae contra Bithynos auxilio, cum hi eorum caſtra inuaſerant, et nonnullos occiderant, reuerſi caeſos ſepeliunt vinum bibentes. 4, 8, 26. Amadocus, eorum rex, cum Seutha bellum gerit, quod componit Thraſybulus. Ιπ. 8, 6. ſolent per decliuia equitare. Singularis legitur etiam A. 7, 7, 1. 6.

ὀδύνη, *dolor.* Απ. 1, 3, 12. φαλάγγια — προσαψάμενα ταῖς ὀδύναις ἐπιτρίβει τοὺς ἀνθρώπους. Σ. 1, 15. v. λαμβάνειν nr. 6.

ὀδύρεσθαι (poet. Port.), *lamentando deflere.* Π. 7, 3, 5. ἕως ἂν ἐγὼ τόνδε (maritum interfectum) ὀδύρωμαι ὡς βούλομαι.

Ὀδύσσεια, *Odyſſea.* Σ. 4, 5. Ἰλιάδα ὅλην καὶ Ὀδύσσειαν ἀπὸ ςόματος εἰπεῖν.

Ὀδυσσεὺς, *Vlyſſes.* K. 1, 2. fuit inter Chironis diſcipulos. Απ. 1, 3, 7. 2, 6, 11. temperans fuit, cum ipſe tum Mercurii auxilio. 4, 6, 15. Homerus eum vocat ἀσφαλῆ ῥήτορα. Cf. Odyſſ. θ, 171. Απ. 1, 2, 58. memoratur eius dictum ap. Homerum Il. β, 188. ſqq. 198. ſqq. Σ. 4, 6. in praecipuis Homeri heroibus recenſetur. K. 1, 13. cum Diomede fuit cauſa Troiae captae. §. 11. videtur eum Xenophon, etſi non nominatum, defendere, negans fuiſſe Palamedi auctores mortis eos, qui vulgo putentur. Sed Απ. 4, 2, 33. Vlyſſem refert Palamedis mortis auctorem, vt Απολ. 26. e Socratis quidem ſententia et incerta fama, quam etiam auctor ad Herenn. 2, 19. ſequitur. A. 5, 1, 2.

1, 2. *ἐκταθεὶς Ὀδυσσεὺς καθεύδων.* v. Odyſſ. *ν*, 116. ſq.

ὄζειν, ¶ 1) *olere, odorem reddere.* c. gen. quae eſt Attica conſtructio, auctore Thoma in v. *μύρου*, Σ. 2, 3 *τούτου (μύρου) ὄζουσιν.* §. 5. *τίνος ὄζειν δεήσει;* Reſp. *καλοκἀγαθίας.* 4, 8. c. acc. Σ. 2, 4. *ἅπας ὅμοιον ὄζει.* Leuncl. *ſimili modo.* Scil. *ὅμοιον* accipi poteſt pro *ὁμοίως.* ¶ 2) *ὄζει* impersonaliter. c. gen. K. 5, 1. *οὐκ ὄζει αὐτῶν*, ſup. *ἰχνῶν, veſtigia non olent.* §. 7. *ὄζει τῶν ἰχνῶν — τὰ εὐναῖα.* Ita Steph. et Leuncl. et Welſ. Sed alii rectius *τῶν εὐναίων ἢ τῶν δρομαίων.* §. 13. Eodem modo ſine caſu K. 5, 7. *μᾶλλον — ὄζει, es riecht.* v. ibi Zeun. qui omiſſum putat nomen *ὀσμή.*

ὅθεν, ¶ 1) *vnde, ex quo loco.* Poſt ſubſtantiuum, A. 2, 3, 9. *εἰς κώμας ὅθεν ἀπέδειξαν.* 7, 3, 2. c. gen. E. 6, 2, 21. *σκεψάμενος τῆς χώρας ὅθεν — δυνατὸν ἦν ὁρᾷν.* Poſt *ἐκεῖσε*, Π. 7, 1, 5. *ἄπειμι ἐκεῖσε, ὅθεν δοκεῖ — ἄρχεσθαι μάχης.* Omiſſo ſubſt. K. 6, 18. *περιβάλλει* ea loca, *ὅθεν εὑρίσκεται.* v. *εὑρίσκειν* nr. 1. Omiſſo *ἐκεῖσε*, A. 1, 3, 17. *μὴ ἀγάγοι ὅθεν οὐχ οἷόν τε ἔσται ἐξελθεῖν.* 7, 6, 10. Omiſſo *ἔνθεν*, Π. 8, 7, 3. p. 550. *ἐκλιπεῖν φαίνεται ἡ ψυχὴ, ὅθεν περ πᾶσιν ἄρχεται ἐκλιποῦσα.* A. 2, 1, 3. pro *ὅθεν ὁρμῷντο* Cod. Eton. habet *ἔνθεν ὁρμ.* ¶ 2) Indicat patriam, A. 6, 6, 9. p. 367. *αἱ πόλεις ἡμῶν ὅθεν ἐσμέν.* ¶ 3) i. q. *ἐξ οὗ, ἐξ ἧς* etc. A. 2, 3, 9. *φοίνιξ ὅθεν ἐξαιρεθείη ὁ ἐγκέφαλος.* 2, 5, 4. *ἐγὼ δηλώσω, ὅθεν ἐγὼ περί σου ἀκούω, eos a quibus ego audio.* ¶ 4) *quare.* Aπ. 1, 1, 2. *ὅθεν δὴ καὶ μάλιστά μοι δοκοῦσιν αὐτὸν αἰτιάσασθαι.* ¶ 5) *qua ex re.* Π. 1, 2, 2. v. *ἔνθεν.*

οἷ (Dictio enclitica), *ſibi, ipſi.* Π. 1, 4, 2. *μή οἱ ὁ πάππος ἀποθάνῃ.* (Cf. Abreſch. diluc. Thucyd. 1, 138.) §. 5. *οἱ ζῶντα παρέχειν.* 8, 1, 3. A. 1, 2. 8. *ἐρίζοντά οἱ περὶ σοφίας.* 3, 1, 5. vbi vt 7, 8, 6. eſt *ipſi, ei.* 3, 4, 26. 7, 1, 24. 7, 6, 32. E. 3, 3, 7. 7, 1, 26. *ἀλαζονείαν οἷγε δοκεῖν εἶναι ἔφη.* Edd. vett *αὐτοῦ.* Quare Moro vera lectio videtur *αὐτῷ.* Aπ. 2, 9, 5.

οἷ, quo. Π. 1, 1, 2. *πορεύονται — οἷ* (all. *ᾗ*) *ἂν αὐτὰς εὐθύνωσιν.* 5, 3, 9. *προειπὼν οἷ πορεύσοιντο.* ¶

2)

2) *quomodo*. K. 9, 4. πολλοὶ ἀλλοιοῦνται — ἐγγὺς προσιόντι, ἢ οἳ πόῤῥωθεν ἔδοξαν εἶναι. Steph. coni. οἷοι, quod recepit Welſ. Sed Zeun. rectius explicat *ipſi*, np. venatori. ¶ 3) In var. lect. permutatur c. οἳ, v. εἶναι nr. 36.

οἷα, v. οἷος nr. 9. ſq.

οἶδα, v. εἰδέναι.

οἴεσθαι, ¶ 1) *putare, opinari*. Thomas: τὸ μὲν οἶμαι, ἐπὶ ὁμολογουμένου τίθεται· τὸ δὲ οἴομαι, ἐπὶ ἀμφιβόλου. Sed quam parum ſit huic obſeruationi tribuendum, vel ex eo patet, quod οἶμαι ex οἴομαι contractum eſt. Imo vtrumque eſt eius, qui non certo ſcit aliquam rem. Heſych: οἰόμενον· οὐκ εἰδότα, νομίζοντα. Idem et Suidas interpretantur etiam verbis ὑπονοεῖν et ὑπολαμβάνειν. a) Ponitur abſolute, vt Latin. *opinor*, i. e. *vt puto, mea ſententia, vt veriſimile eſt*. Π. 1, 3, 10. οὐ γὰρ, οἶμαι, — οἰνοχοεῖ. 2, 1, 2. p. 88. ὁ Ἀσσύριος — ἐγὼ μὲν οἶμαι ἱππέας ἄξειν. Sed Zeun. e codd. Bodl. et Guelf. reponit ἄξει. 2, 2, 1. p. 101. §. 11. 2, 3, 3. κριθείην οὔτε πρῶτος, οὔτε δεύτερος, οἴομαι δὲ χιλιοστός. 3, 1, 16 παρ' ἐκείνων, οἴομαι, ἔφη. 7, 5, 18. p. 447. οὐκ οἶμαι χολὴν σοι εἶναι. Zeun. et Hutch. χολή σοι ἦν. A. 1, 9, 13. 3, 1, 19. καὶ μάλ', οἶμαι, ἐρῶντες τούτου. Cod. Eton. omittit οἶμαι. Aπ. 4, 2, 37. O. 3, 9. 5, 19. 7, 39. 16, 12. Sic in fine ſententiae, Aπ. 4, 6, 3. οὐκοῦν ὁ τοὺς νόμους ποιῶν, εἰδείη ἄν —; οἶμαι ἔγωγ', ἔφη. — τοὺς θεοὺς τιμᾷ; οὐκ οἶμαι, ἔφη. §. 6. 11. Plene legitur Σ. 4, 10. εἰ μὴ καλός εἰμι, ὡς οἴομαι. Sic 8, 15. ὡς γ' ἄν τις οἰηθείη. b) Iungitur c. δοξάζειν, Aπ. 3, 9, 6. ἃ μὴ οἶδε, δοξάζειν τε καὶ οἴεσθαι γιγνώσκειν. c) c. ὡς, Aπ. 3, 3, 14. οὐκοῦν οἶαι — ὡς πολὺ ἂν διενέγκοιεν. vbi Reisk. fruſtra tentat. d) c. acc. et inf. Π. 1, 2, 7. οἴονται τοὺς ἀχαρίστους — ἀμελῶς ἔχειν. 1, 4, 10. ᾤετο τὸν πάππον ὄψεσθαι. 1, 6, 11. 2, 2. 1. p. 102. 7, 5, 22. ὃ δ' ἂν μάλιστά τις οἰηθείη ἀνάλκιδας εἶναι — οὐδὲ τοῦτο ἐφαίνετο αὐτῷ. §. 26. p. 456. 8, 4, 6. A. 4, 7, 16. ᾠήθησαν καὶ ἄλλους ἐπιτίθεσθαι πολεμίους. Aθ. 1, 10. οἰηθεὶς εἶναι τὸν Ἀθηναῖον δοῦλον. Πο. 1, 6. Aπ. 1, 2, 18. οἰομένῳ

(Du.

(Dualis) κράτιστον εἶναι. 1, 6, 12. τὴν συνουσίαν ᾤου τινὸς ἀξίαν εἶναι. O. 5, 19. ἀλλ' ᾤμην ἔγωγε, σὲ εἰδέναι. 11, 21. 12, 10. e) c. nominat. et inf. Π. 1, 6, 19. p. 74. οἰοίμην καὶ αὐτὸς βελτίων εἶναι. 2, 2, 13. 3, 3, 1. οἱ ᾤοντο συμπάντων κρείττονες εἶναι. 7, 2, 7. p. 419. A. 5, 1, 3. 5, 7, 7. οἴεται αὐτὸς ἐξαπατηθῆναι. E. 7, 1, 14. ᾤοντο κράτιστοι εἶναι. Ιερ. 1, 3. Aπ. 2, 1, 15. οὐκ ἂν οἴει ἀδικηθῆναι. 4, 2, 12. 4, 8, 7. O. 3, 9. Σ. 3, 2. 8, 38. Iπ. prooem. f) c. inf. in quo latet nominatiuus eiusmodi, qui latine ſit per accuſatiuum vertendus, et ad illam ipſam perſonam, ad quam οἴεσθαι pertinet, referendus, Π. 1, 3, 13. οἶμαί σοι — νικήσειν, ſcil. ἐγὼ, *me victurum eſſe.* 4, 5, 12. p. 247. ᾠόμην ὑμῖν χάριν ὀφείλειν. 4, 6, 4. ἣν ᾠόμην — γυναῖκα τρέφειν. 6, 2, 8. p. 367. 6, 3, 11. p. 383. 7, 4, 7. A. 3, 1, 12. τί οἰόμεθα πείσεσθαι — τί ἂν οἰόμεθα παθεῖν. Aγ. 8, 3. φίλον ἕξειν ἐμὲ οἰέσθω. E. 6, 2, 20. Aπ. 1, 2, 32. εἴτις — μηδ' οἴοιτο κακὸς εἶναι. 3, 9, 7. 3, 12, 3. 4, 6, 1. g) c. inf. χρῆναι vel δεήσειν, quem ſequitur alius infinitiuus, Π. 1, 3, 15. οἴεσθαι, χρῆναι ἔχειν, np. ἑαυτόν. 7, 5, 26. p. 459. εἰ τῆς σωτηρίας οἰησόμεθα χρῆναι τυγχάνειν. E. 2, 4, 10. p. 110. ᾤετο ἄν τις δεήσειν — μάχεσθαι. Aπ. 1, 6, 2. 3, 3, 11. σὺ δ' ᾤου, χρῆναι σιωπῇ ἱππαρχεῖν; *putariſne.* h) c. inf. praeſ. et aoriſt. pro fut. Π. 3, 2, 9. εἰ οἰοίμην ἀσφαλῶς νέμειν. 6, 3, 8. A. 7, 1, 18. τί οἰόμεθα παθεῖν. In 2 Codd. additur ἄν. 7, 2, 2. E. 3, 4, 5. εἰ μὴ οἰοίμην ὑπό σου ἐξαπατᾶσθαι. Aπ. 2, 8, 6. Iπ. 9, 7. εἴ τις οἴεται — πραΰνειν. Steph. malit πραΰνεῖν. i) c. ἂν et inf. Π. 1, 6, 19. p. 80. οὐκ οἴει ἂν πρόσω πάνυ ἐλάσαι. 3, 3, 1. 4, 5, 5. ᾤμην μὲν ἔγωγε οὐδ' ἄν σε ἀπρονοήτως βουλεύεσθαι. Eſt reprehendentis. 5, 4, 20. ὡς ἂν οἴωνται ἄριστα μάχεσθαι. 8, 1, 10. 11. A. 1, 3, 6. 2, 1, 10. 2, 2, 1. ὁποῖον ἄν τι ὑμῖν οἴησθε (Cod. Eton. δοκεῖ) μάλιστα συμφέρειν. 5, 2, 8. E. 1, 3, 11. 2, 3, 18. p. 94. p. 96. p. 98. p. 100. 4, 1, 6. 7, 5, 6. νομίζων — λήψεσθαι, οἰόμενος (Margg. λογιζόμενος) μέγα ἂν τοῦτο γενέσθαι. Aπ. 3, 4, 7. 4, 4, 2. Σ. 6, 5. Sic A. 2, 3, 11.

11. pro οἶμαι ἕξειν Suidas in v. ἀχαριστεῖν habet οἶμαι ἂν ἔχειν. it. in fine sententiae, et ἂν posito post inf. Π. 3, 1, 12. οἴονται ἀναμαχέσασθαι ἄν. Paulo ante erat ᾠήθη — ἀναμαχεῖσθαι. 3, 3, 21. E. 4, 1, 12. k) Participium in fine sententiae, Π. 1, 4, 18. ὅπλα ἐνδὺς, οὔποτε οἰόμενος, *quod nunquam prae magno desiderio futurum putabat.* Canterus aliique frustra tentarunt locum. ¶ 2) Dicitur de bestiis, Iπ. 6, 15. οἴονται οἱ ἵπποι — τούτου αἴτια εἶναι. ¶ 3) Ponitur ita, vt intelligendum sit verbum δεῖν, Π. 1, 5, 7. p. 55. διὰ τοῦτο ὑμᾶς οἶμαι θαῤῥεῖν. Nonnulli post οἶμαι inserunt δεῖν. E. 4, 7, 4. οἱ ἄλλοι στρατιῶται ᾤοντο ἀπιέναι. 5, 1, 14. p. 282. Cf. νομίζειν nr. 6. ¶ 4) *sperare.* c. fut. Π. 3, 1, 12. ᾠήθη ἀναμαχεῖσθαι. c. inf. praes. Aπ. 2, 6, 7. οἶμαι ἄλλοις καλῶς χρῆσθαι. Valckenar. vult χρήσεσθαι. c. ἂν, Π. 2, 2, 12. οἴει ψηφίσασθαι ἂν τὸ πλῆθος. 2, 4, 9. οἶμαι ἂν ποιῆσαι αὐτὸν πέμπειν· ἔτι δὲ ἐλπίζω etc. 8, 1, 9. 8, 4, 15. 8, 6, 11. πλούσιος ἂν ᾤετο γενέσθαι. A. 7, 2, 1. 7, 7, 11. Πο. 3, 11. E. 3, 4, 5. Interdum non per futurum; sed commodius per *posse* verti potest, vt A. 2, 1, 10. οἰόμεθα ἂν καὶ τῇ ἀρετῇ χρῆσθαι, *vti posse.* 2, 5, 2. p. 111. ἃ οἶμαι ἂν παῦσαι. Aπ. 1, 5, 1. πῶς ἂν οἰηθείημεν τὸν τοιοῦτον ἢ ἡμᾶς σῶσαι, ἢ τοὺς πολεμίους κρατῆσαι; Cf. ἄν. ¶ 5) *timere.* c. inf. fut. E. 2, 2, 8. ᾤοντο ἀνδραποδισθήσεσθαι. 7, 4, 37. c. inf. praes. A. 7, 4, 15. ἔλεγεν ὅτι οἴοιτο τεθνεῶτας πολλοὺς εὑρίσκειν. Cod. Paris. εὑρήσειν. Omisso inf. E. 2, 4, 10. p. 110. παραγεγένηνται οὗ — οὔποτε ᾤοντο. ¶ 6) *cogitare.* Π. 4, 2, 14. οἴεσθαι χρὴ, καὶ ἄλλα πολλὰ — ποιεῖν αὐτούς. Aθ. 3, 8. ¶ 7) *velle, cupere.* A. 7, 2, 17. ἐπήρετο Σεύθην, ὅ τι οἴοιτο χρῆσθαι τῇ στρατιᾷ. All. τί δέοιτο, quod praeferunt Steph. et Hutch. E. 4, 7, 4. οἱ στρατιῶται ᾤοντο ἀπιέναι. Intelligi potest χρῆναι. Cf. nr. 3. ¶ 8) ἐγῷμαι contractum legitur Aπ. 2, 7, 5. it. §. 9. in margg. pro ἐγὼ οἶμαι. ¶ 9) In var. lect. permutatur c. οἷος. v. ibi nr. 7. et 14. c. it. c. οἶδα. v. εἰδέναι nr. 8. n. it. c. μιμεῖσθαι. v. μιμ. nr. 1. it. c. εἶναι. v. ὑπάρχειν nr. 11.

οἰκα-

οἴκαδε, *domum, in patriam.* Π. 1, 4, 24. οἴκαδε ἀπιόντων e proelio. 2, 2, 2. p. 104. ἐπιστολὴν ἔγραψα οἴκαδε, *ad meos.* A. 1, 7, 4. 2, 3, 12. πορευοίμεθα ἂν οἴκαδε, *in Graeciam.* 3, 1, 2. τῆς οἴκαδε ὁδοῦ. 4, 6, 2. 5, 6, 10. E. 1, 4, 2. 4. 1, 6, 5. 6. 2, 2, 8. 2, 3, 7. 3, 1, 6. 3, 2, 21. 3, 4, 20. 25. 3, 5, 14. 18. 4, 4, 5. 19. Ιερ. 2, 9. ἐπειδάν γε ἔλθωσιν οἴκαδε. In ſqq. eſt εἰς τὴν ἑαυτῶν πόλιν. O. 11, 18. οἴκαδε ἀπάγειν. (Ιπ. 6, 11. eſt εἰς οἶκον.) Σ. 2, 19. Sed Π. 1, 3, 4. τὰ οἴκαδε eſt *reditus in patriam,* vel etiam *victus et vita domeſtica.*

οἰκεῖν, ¶ 1) *habitare, incolere.* Π. 4, 4, 1. εἰ οἰκοῖτο ἡ χώρα. A. 1, 4, 6. πόλιν οἰκουμένην ὑπὸ Φοινίκων. 2, 5, 2. p. 111. ἐν τοῖς πέριξ οἰκοῦσι. 6, 4, 2. χωρίον ἱκανὸν ἀνθρώποις μυρίοις οἰκῆσαι. All. οἰκήσειν, all. οἴκησις. 6, 4, 4. κῶμαι εὖ οἰκούμεναι, *incolis frequentes.* Aπ. 2, 3, 2. c. acc. Π. 4, 4, 3. οἰκήσετε τὰς αὐτὰς οἰκίας. A. 3, 2, 14. εὐδαίμονας πόλεις οἰκοῦσιν. 3, 4, 4. 6. 4, 7, 1. χωρία ᾤκουν ἰσχυρά. Aθ. 2, 13. τὴν ἤπειρον οἰκοῦντας. Aπ. 1, 1, 8. c. dat. Σ. 4, 4. ἐν μισθῷ αὐταῖς (οἰκίαις) οἰκοῦσι. Sed videtur αὐτὰς ſcribendum, vel αὐτοὶ cum Erneſtio et Zeunio. c. ἐν, Π. 2, 1, 2. p. 87. τοὺς ἐν Ἀσίᾳ οἰκοῦντας. c. κατὰ, A. 7, 5, 8. οἱ κατὰ ταῦτα οἰκοῦντες. Saepe πόλις οἰκουμένη iungitur cum μεγάλη et εὐδαίμων, vt A. 1, 2, 20. 4, 7, 14. (Cf. εὐδαίμων.) et verti ſolet *frequens incolis.* Etiam ſine εὐδαίμων, eodem ſenſu, vt A. 1, 2, 10. 11. 13. 14. Sed Stephano videtur ſimpliciter explicandum *culta,* quia ſaepe opponitur ἐρήμη, vt Π. 4, 4, 2. οἰκουμένη χώρα. Oppon. ἐρήμη ἀνθρώπων. Aγ. 1, 20. χώρα οἰκουμένη. Opp. ἐρημουμένη. K. 5, 24. 25. Similiter Π. 3, 3, 2. κατέβη e monte εἰς τὴν οἰκουμένην. Cum adiectiuis viciniam ſignificantibus ponitur fere pro εἶναι, A. 2, 3, 11. γείτων οἰκῶ τῇ Ἑλλάδι. (3, 2, 3. eſt γείτων εἴη.) E. 6, 5, 38. δυσμενεῖς ὄντας ὑμῖν — καὶ ὁμόρους οἰκοῦντας. §. 40. Cf. οἰκέτης. ¶ 2) *viuere, degere.* Πο. 6, 1. ἀσφαλέστερον οἰκήσομεν in vrbe. Sic Π. 4, 5, 14. p. 249. οἰκεῖται σκηνὴ καλῶς στρατιωτική.

Hindenburgio ad h. l. et Fischero ad Weller. p. 402. O. 9, 18. Cf. εἰπεῖν nr. 1. d. c) c. opt. fut. E. 3, 1, 25. γιγνώσκων ὅτι ἔσοιντο. Margg. ἔσονται. d) c ἂν et opt. Π. 1, 6, 3. ἀκούσας σου ὅτι — ἂν εἴη. 3, 2, 6. ἔλεξε ὅτι ἂν ἥκοι. In Cod. Guelf. ἂν deest. Απ. 1, 4, 11. e) c. indic. fut. Π. 1, 4, 28. θαῤῥεῖν, ὅτι παρέςαι. 3, 2, 4. A. 4, 7, 15. 5, 1, 6. ἠπιςάμεθα ὅτι ἥξει. Cod. Par. ἥξοι. Αγ. 1, 28. εἰδότες ὅτι — δεήσει μάχεσθαι. Cod. Harl. δεήσοι. E. 3, 4, 15. προειπὼν ὅτι ἐξέςαι. Αγ. 1, 24. est ὡς ἐξέσοιτο. Σ. 1, 16. f) c. indic. et opt. A. 1, 2, 21. ᾔσθετο — ὅτι ἐν Κιλικίᾳ εἴη, καὶ ὅτι ἤκουε. 2, 1, 3. ἔλεγον, ὅτι Κῦρος μὲν τέθνηκεν, Ἀριαῖος δὲ πεφευγὼς εἴη — καὶ λέγοι. g) c. ind. fut. et c. opt. A. 7, 8, 12. ἀκούσας — ὅτι τεθυμένος εἴη καὶ — ἥξει. Cod. Paris. ἥξοι. h) c. inf. E. 2, 2, 1. εἰδὼς ὅτι — θᾶττον ἔσεσθαι. Stephano, Leuncl. et Porto auctoribus Well. perperam omisit ὅτι vt superfluum. 3, 4. 5. ἤρετο τίνος δεόμενος ἥκοι. ὁ δ' εἶπεν, ὅτι αὐτονόμους εἶναι. Leuncl. mauult τοῦ. Morus post ὅτι addi vult τοῦ, quod pendeat a δεόμενος. Possit etiam intelligi ἥκοι δεόμενος. Cf. Wesseling. ad Diodor. Sicul. 4, 26. et interpp. ad Act. 27, 10. Sic Π. 1, 6, 15. nonnulli legunt: λέγεις σὺ, ὅτιπερ — ςρατηγοῦ ἀργοῦ οὐδὲν ὄφελος εἶναι. All. ὥσπερ, vt Well. Sed Zeun. e Codd. ὅτιπερ ὡς. 2, 4, 10. in cod. Guelf. est: ἀκούω γὰρ, ὅτι συνθηρευτάς τινας — γενέσθαι. Vulgo deest ὅτι. 5, 4, 1. ἐνόμισεν, ὅτι — αὐτὸς ἂν λαβεῖν. In multis omissum est ὅτι. Ibid. Zeun. e Cod. Guelf. recepit λέγειν τῷ Ἀσσυρίῳ, ὅτι — λαβεῖν ἂν pro ὅτι — λάβοι ἂν, vt vulgo editur. 6, 1, 7. Φασὶν ὅτι δεῖ. All. ἔτι δεῖν. Marg. Leuncl. ὅτι δεῖν. i) Postponitur nomini, A. 1, 2, 21. ᾔσθετο τὸ ςράτευμα ὅτι ἐν Κιλικίᾳ εἴη. k) Sequente ὅτε, Π. 6, 1, 7. λέγω ὅτι, ὅτε οἴκοι ἦμην, ἐςρατευόμην. Cf. ὅταν nr. 1. l) Ponitur omisso verbo, Π. 3, 1. 13. Φοβεῖται μέντοι, εὖ οἶδ' ὅτι, μὴ — πάθῃ. Ita enim interpungendum cum Zeunio videtur, vt post ὅτι repetendum sit Φοβεῖται. 5, 3, 20. ἐρωτῶντας, ὅτι ἐν ὁδῷ ἤδη πάντες. Intell. εἰσὶ vel εἶεν. A. 1, 6, 7. ἔςιν ὅ τι σε ἠδίκησα; ὁ δὲ

ὁ δὲ

ὁ δὲ ἀπεκρίνατο, ὅτι οὔ. Intell. ἐμὲ ἠδίκησας vel αὐτὸν ἠδίκησέ τι. O. 6, 11. ὅτι μὲν κάλλιστον (scil. ἐστὶν) — ἀπὸ γεωργίας τὸν βίον ποιεῖσθαι, πάνυ μοι δοκῶ πεπεῖσθαι ἱκανῶς. 12, 20. ἤρετο — τί τάχιστα παχύνει; τὸν δ' εἰπεῖν λέγεται, ὅτι δεσπότου ὀφθαλμός. Intell. τάχιστα παχύνει. m) Repetitur post quaedam interiecta, A. 5, 6, 9. λέγουσιν, ὅτι, εἰ μὴ — ὅτι κινδυνεύσει. 7, 4, 3. Similiter ὅτι ponitur post ὡς. v. ὡς nr. 26. k. Π. 5, 3, 15. p. 297. ἐννοεῖται, ὡς εἰ οἱ μὲν — πείσονται, οἱ δὲ — ἀπολοῦνται, ὅτι οὐδένα εἰκὸς οὐν αὐτῷ βούλεσθαι εἶναι. Πο. 5, 1. E. 3, 2, 5. 6, 4, 37. 6, 5, 13. n) Deesse putatur E. 4, 8, 4. ἔστι δὲ οὐχ οὕτως ἔχον. εἰ ἐκρατήθημεν, οὐδὲν ἔτι ἐσμέν. Post ἔχον Leunclauio deesse videtur ὅτι, Moro autem οὐ γάρ. §. 9. λέγοντος τοῦ Κόνωνος, εἰ ἐῴει — θρέψει. Steph. et Leuncl. post Κόν. addendum putant ὅτι, probante Moro. Sed Schneider. ex Castal. habet ὡς, non ὅτι. 5, 8, 62. νομίσαντες, εἰ τοῦτο γένοιτο, οὐ δυνατὸν ἔσοιτο. Hic quoque ante εἰ inserunt ὅτι, vt Welf. et Morus, vel legunt ἔσεσθαι. o) Videtur redundare, A. 6, 4, 12. ὡς γὰρ ἐγὼ, ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου ἥκοντος πλοίου, ἤκουσά τινος, ὅτι Κλέανδρος μέλλει ἥξειν. Steph. ὅτι vel delendum vel in ὁ mutandum censet. Απ. 2, 9, 8. οὐχ ὅτι μόνος ὁ Κρίτων — ἀλλὰ καὶ οἱ φίλοι αὐτοῦ. Ern. deleri iubet ὅτι. Sed potest seruari, modo intelligas λέγω. All. ὅτι mutari volunt in ἔτι, *posthac.* ¶ 4) Est μιμητικὸν s. seruit recitationi verborum alius in oratione recta. v. Raphel. ad Matth. 9, 18. Π. 3, 1, 4. εἶπε δ' ὅτι εἰς καιρὸν ἥκεις. 4, 1, 6. εἶπεν, ὅτι ἵππων προσδεόμεθα. 5, 2, 5. 6, 4, 3. 7, 3, 1. A. 1, 6, 8. 5, 4, 4. Potest verti *scilicet*, vt Π. 2, 4, 7. ἐμοῦ τοίνυν ἀκούετε, ὅτι οὐκ ἀδικοῦμεν. ¶ 5) *quod attinet ad id quod.* Π. 8, 3, 16. ὅτι δὲ ταῦτα πολλά ἐστι, τοσοῦτον κερδαίνω etc. O. 6, 11. ὅτι δὲ ἔφησθα καταμαθεῖν τὰ αἴτια — καὶ ταῦτά μοι δοκῶ ἡδέως ἀκούσειν σου. ¶ 6) *at.* Saltem est obiicientis. Sed ponitur elliptice. O. 1, 7. ὅτι τοι ἡμῖν ἐδόκει (np. in superioribus) οἶκος εἶναι ὅπερ κτῆσις. Intelligi potest ἐνόμιζον, *putabam.* Sed Wyttenbach. ad Plutarch.

tarch. de sera num. vind. p. 89. legi iubet οὔτι τοι, *an non?* 5, 18. ταῦτα μὲν ἔμοιγε καλῶς δοκεῖς λέγειν· ὅτι δὲ τὰ πλεῖςα ἐςιν ἀδύνατα προνοῆσαι. Steph. et Wells. ἔτι δ. Sed intellige τί λέγεις vel simile quid. v. tamen Zeun. it. Ern. qui vt Wyttenbach. l. l. emendat τί δὲ, ὅτι. ¶ 7) *quam.* c. superl. A. 3, 1, 31. ὅτι πλείςους. O. 15, 1. Cf. μεγαλοπρεπής. Saepe iunctim scribitur vno verbo, vt ὁτιβέλτιςα, O. 7, 12. Sed Cod. Lips. ὅτι βέλτιςα. ὁτιεγγύτατα, E. 4, 2, 6. ὁτιελαχίςων, Π. 7, 5, 5. ὁτιήδιςα, Π. 7, 5, 19. ὁτιῆκιςα, Π. 7, 5, 14. ὁτιμακροτάτην, scil. ὁδὸν, A. 7, 8, 2. ὁτιμάλιςα, Π. 7, 1, 5. 7, 5, 6. Aπ. 4, 5, 12. O. 16, 12. K. 9, 16. Aπ. 4, 2, 40. vbi est *quam frequentissime.* ὁτιπλειςάκις, O. 16, 13. ὁτιπλεῖςος, Π. 4, 2, 12. p. 217. 6, 1, 14. 22. 6, 3, 9. 7, 5, 6. 8, 8, 7. A. 1, 1, 6. 1, 5, 11. 6, 2, 11. Πo. 4, 11. E. 7, 1, 2. O. 7, 15. Σ. 8, 25. ὁτιταπεινότατοι, Π. 7, 5, 24. Cf. ἀπαρασκεύαςος et τάχιςα. it. c. comparatiuo, A. 3. 4, 3. ὡς ὅτι (Edd. vett. ὅτε) φοβερώτερον εἴη. Muretus malebat φοβερώτατον. Et sic est in Cod. Paris. Vnde Zeun. recepit. Morus in indice coniicit ἔτι φοβερώτερον. ¶ 8) Permutatur c. ἔτι, A. 3, 1, 13. ᾔδειν ὅτι ὀλίγους ἔχοντας. Steph. et Hutch. emendant ἔτι, quod etiam habet Cod. Eton. Cf. supra nr. 3. et ἔτι nr. 8. c. ὅπῃ, v. ibi nr. 2. c. εἰ. v. εἰ nr. 6. c. ὅτε, Π. 4, 1, 11. δηλώσεις, εἰ ἀληθῆ ἔλεγες, ὅτι ἔφης ἥδεσθαι. Steph. et Hutch. et Cod. Bodl. substituunt ὅτε. Cf. ὅτε nr. 3. et 4. et supra nr. 7. c. ὅ τι, Aπ. 2, 2, 9. εἰδὼς, ὅτι, ἃ λέγει ἡ μήτηρ, οὐδὲν κακὸν νοοῦσα λέγει. Steph. in ed. 1. ὅ τι λέγει. Sic E. 7, 5, 6. οἰόμενος πᾶν ἀγαθὸν εἶναι Θηβαίοις, ὅτι ἐλαττοῖντο Ἀθηναῖοι. Poterat scribi ὅ τι vel ὅτε. c. ὡς. v. ὡς nr. 30. h. c. διότι. v. ibi nr. 2. Denique ὅτι suspectum est Aπ. 3, 7, 5. vbi v. interpp. ¶ 9) μὴ ὅτι, v. μὴ nr. 13 — 15.

ὁτιοῦν, v. ὅς nr. 22.

ὁτὶς, v. ὠτίς.

ὅτου, Attice pro οὔτινος s. οὗ. v. Fischer. ad Weller. p. 168. Π. 7, 1, 16. ὅτου ἐπιλάβοιτο τὰ δρέπανα, πάντα βίᾳ διεκόπτετο. Zonaras habet ὅσων. 8, 2, 12. παρεῖχε πάντα ὅτου ἔδει. 8, 5, 7. 8, 7, 3. p. 542.

542. Α. 1, 9, 12. 13. 3, 2, 11. ὅτου ἂν ἐθέλωμεν, τευξόμεθα. Ε. 4, 5, 4. Απ. 1, 4, 4. ὅτου ἕνεκα. Hefych: ὅτου ἕνεκα· τίνος ἕνεκα. Ο. 7, 11. μεθ' ὅτου ἄλλου. 8, 16. μαςεύειν ὅτου ἂν δέῃ. 16, 3. ὅτου δέοιτο. c. δὴ et particip. Α. 4, 7, 18. ἐξαπίνης, ὁτουδὴ παρεγγυήσαντος — Φέρουσι. All. ὅτου δὴ, all. οὕτω. 5, 2, 17. ἀνέλαμψεν — ὁτουδὴ ἀνάψαντος. All. ὅτου δὴ ἐνάψαντος τινὸς, *incertum quis accenderat.* c. verbis emendi, Α. 3, 1, 13. ὅτου ὠνησόμεθα, *quo f. quo pretio.* 7, 6, 17. σπάνια ἕξοντες ὅτων ὠνήσεσθε. Veteres melius habent ὅτου, all. perperam ὅταν. c. ἐξ, Π. 8, 2, 9. ἐξ ὅτου περ ἐν τῇ ἀρχῇ εἰμι. Intell. χρόνου. Α. 7, 8, 2. ἐξ ὅτου ἀπεδήμησε. Απολ. 16. 27. it. de caufa, v. ἐκ nr. 3.

"Οτυς, v. Κότυς.

ὅτῳ, Attice pro ᾧτινι. Π. 1, 4, 10. διαδίδου ὅτῳ βούλει. 2, 1, 6. extr. ὅτῳ δ' ἀρκεῖ — καταμενέτω. Intell. ἐκεῖνος. 2, 3, 5. p. 118. πρὸ τούτου, ὅτῳ ᾤμην πληγήσεσθαι. 6, 2, 11. p. 370. ἐσθὴς — ὅτῳ ἐςιν, πολλὰ ἐπικουρεῖ. 8, 2, 9. Α. 3, 2, 5. 22. 26. 7, 3, 2. Απολ. 11. Cf. ὃς nr. 19. a. c. opt. Π. 1, 4, 17. περιβαλλομένους ὅτῳ τις ἐντυγχάνοι. 4, 5, 10. 5, 4, 17. Α. 2, 6, 12. Ο. 2, 11. c. ἂν et opt. Π. 3, 1, 17. δύναιο ἂν εὑρεῖν (Intell. τινὰ), ὅτῳ ἂν χαρίσαιο. Cf. ποῦ. c. ἂν et coni. Ο. 9, 10. μεμνῆσθαι ὅτῳ ἄν τι διδῷ. §. 16. Κ. 8, 7. περιλαμβάνειν ἐντὸς (fcil. τοῦ τόπου), πρὸς ὅτῳ ἂν ᾖ, *vbicunque.* c. fut. Π. 1, 4, 13. ὥρα παρασκευάζεσθαί σοι, ὅτῳ μαςιγώσεις. 4, 2, 17. ἀνάγκη — εἶναί τινα, ὅτῳ σκηνῆς μελήσει. 5, 4, 14. c. οὖν, Απ. 4, 1, 1. ἐν ὁτῳοῦν πράγματι. c. dat. Α. 7, 2, 2. ὅτῳ ὑμῖν ταῦτα δοκεῖ. All. emendant ὑμῶν. c. plurali, Π. 3, 3, 29. ἱκετεύουσαι πάντας ὅτῳ ἐντυγχάνοιεν. Steph. vult πάντα, fed Hutch. defendit πάντας. 7, 1, 10. ὅτῳ ἂν ἡμῶν ὁ θεὸς νίκην διδῷ — πρὸς τὸ μαχόμενον ἀεὶ συμβάλλωμεν. Poterat exfpectari συμβάλλῃ. Α. 2, 5, 7. 4, 1, 6. 4, 4, 7. 6, 3, 9. Formula ἔςιν ὅτῳ extat Ο. 3, 12. In var. lect. permutatur ὅτῳ c. ποῦ. v. ποῦ nr. 2.

οὗ, *vbi*, v. ὃς nr. 11.

οὐ, et οὐκ, et οὐχ, et οὐχὶ, ¶ 1) *non.* Π. 1, 3, 4. οὐχὶ, ὦ πάππε. Αθ. 2, 18.

18. εἰδότες ὅτι οὐχὶ τοῦ δήμου ἐςίν. 3, 3. ἡ πόλις οὐχ ἱκανή.] In ed. Well. operarum vitio eſt οὐκ ἱκ. Αγ. 2, 1. οὐ γὰρ ὡς ὑςερήσειε — ἐπροθυμεῖτο, i. e. ἐπροθυμεῖτο γὰρ ὡς οὐχ ὑςερήσειε. E. 5, 2, 26. οὐ μέντοι ἔπειθε. §. 32. 5, 4, 29. οὐ (Margg. οὐδὲν) μέντοι ἠρώτα. Ponitur poſt enunciationem affirmantem, ita vt ex praecedenti ſententia verbum ſit intelligendum, A. 7, 6, 27. νῦν καιρὸς δοκεῖ ὑμῖν — ἐμὲ κατακτανεῖν. οὐ μὴν (ſcil. ἐδόκει) ὅτε etc. E. 1, 7, 10. p. 55. κινδυνεύουσιν ἀπολέσθαι· οὐκ (ſcil. κινδυνεύουσιν ἀπολέσθαι) ἂν — πείθοισθε, *non tamen*. Cf. nr. 9. In fine commatis vel ſententiae; v. Doruill. ad Charit. p. 639. Π. 1, 4, 10. ἐδείκνυε μὲν οὔ, κατέθηκε δὲ ἡματωμένα. 2, 3, 5. p. 118. οὐ τῷ μὲν προσῆκον, τῷ δ' οὔ. 5, 1, 5. 5, 5, 10. p. 334. 8, 1, 1, p. 464. A. 4, 4, 2. καλὸς μὲν, μέγας δ' οὔ. All. e Demetrio Phalereo habent μέγας μὲν οὔ, καλὸς δὲ, probante Hutchinſono. 4, 6, 2. 5, 1, 11. 5, 6, 9. 6, 5, 3. E. 1, 1, 14. 2, 2, 1. 5, 4, 40. Απ. 4, 7, 7. O. 11, 8. Σ. 4, 3. 9, 3. Ponitur bis, ita vt, e Latina quidem ratione, ſemel redundet, O. 15, 10. ἀλλὰ — οὐχ ὥσπερ τὰς ἄλλας τέχνας — οὐχ οὕτω καὶ ἡ γεωργία. Sic poſt negationem, quae ineſt verbo. v. ἡ nr. 1. Etiam Π. 1, 2, 7. οὐχ ἥκιςα eſt pro ἥκιςα. Sed viri docti οὐχ iubent deleri, quam rationem Welſius quoque ſecutus eſt. οὐ ante vocalem, Σ. 6, 2. ἔφη, οὐ· ἀλλ' etc. Sed Welſ. de iudicio Steph. et Leuncl. edidit οὐκ, Zeunius tamen defendit οὐ, cum ſit in clauſula. ¶ 2) *nonne*. Π. 5, 5, 5. p. 328. οὐ καὶ σὺ ὁμολογήσεις μηδὲν ἀδικεῖσθαι; 7, 5, 5. 8, 3, 18. οὐχὶ σύγε αὐτίκα μάλα εὐδαίμων ἐγένου; Sic O. 20, 9. in nonnullis rectius eſt: οὐ πάνυ χαλεπὸν εὑρεῖν; All. omittunt οὐ. §. 13. οὐ πολὺ μὲν ῥᾷον —; Bis ponitur, Απ. 2, 3, 16. οὐ γὰρ καὶ — παραχωρῆσαι; καὶ οὐ — ὑπαναςῆναι; Ern. et Hindenb. defendunt. Hindenb. praeterea dicit, καὶ οὐ eſſe pro οὐ καὶ, quia οὐ et μὴ ſaepe transponatur. c. γὰρ, vbi eſt animi commoti, Π. 3, 1, 21. ποῦ ἐκεῖνος —; οὐ γὰρ, ἔφη, ἀπέκτεινεν αὐτὸν οὑτοσί; Απ. 1, 4, 14. 3, 4, 1. O. 11,

O. 11, 22. 19, 2. Sic Π. 5, 5, 6. in Cod. Guelf. eſt οὐ γὰρ δήπου — ἔπεμπες; in reliquis σὺ γὰρ δ. Cf. γὰρ nr. 7. e. et nr. 13. a. c. δήπου, Απ. 2, 3, 1. οὐ δήπου καὶ σὺ εἶ τῶν τοιούτων ἀνθρώπων; ¶ 3) οὐκ — ἀλλὰ, *non tam — quam*. Π. 5, 4, 16. p. 318. διατελεῖ μισῶν, οὐκ ἤν τίς τι αὐτὸν ἀδικῇ, ἀλλ' ἥν τινα ὑποπτεύσῃ βελτίονα ἑαυτοῦ εἶναι. ¶ 4) οὐ — δὲ. Α. 2, 5, 9. πάντες μὲν οὐκ ἦλθον, Ἀριαῖος δέ. Hutch. poſt δὲ intelligit μόνον. Σ. 2, 19. ἀρχούμην μὲν οὔ, ἐχειροτονούμην δέ. Κ. 1, 11. οὐχ ὑφ' ὧν οἴονται — κακοὶ δέ. ¶ 5) οὐ δῆτα, *nequaquam*. Απ. 2, 2. 9. οὐ δῆτα, ἔφη, τοῦτό γε οὐκ οἴομαι. ¶ 6) οὐκέτι, (v. omnino ἔτι nr. 10. et Thom. Mag. infra in v. οὔπω.) a) *non amplius*. Π. 1, 4, 5. οὐκέτ' εἶχεν αὐτῷ συλλέγειν θηρία. §. 6. Α. 1, 8, 12. καὶ οὐκέτι (all. οὐκ ἔτι) τρία — ϛάδια ἀπεχέτην τὼ φάλαγγε. 2, 6, 2. ἐπεὶ δὲ οἱ Ἔφοροι — ἀποϛρέφειν αὐτὸν ἐπειρῶντο, ἐνταῦθα οὐκέτι πείθεται. Αγ. 5, 5. v. λοιπὸς nr. 6. ¶ b) *nondum, iam non, non aeque, non ita*. Π. 1, 5, 7. p. 52. ὅ τι προσεκτήσαντο, τοῦτο οὐκέτι δύναμαι κατιδεῖν. 4, 3, 3. p. 227. Ιερ. 2, 14. Απ. 3, 4, 10. ταῦτα μὲν — ἀμφοτέρων ἐϛὶν, ἀλλὰ τὸ μάχεσθαι οὐκέτι ἀμφοτέρων, *non item*. ¶ c) *tum non*. O. 16, 3. ἐπειδὰν μέντοι γνῷ τις, οὐκέτι συμφέρει θεομαχεῖν. 20, 21. ταῦτα οὐκέτι δεῖ θαυμάζειν. Poteſt h. l. ſimpliciter verti *non*. Heſych. et Suid: οὐκέτι· οὐχὶ, ἢ οὐ. it. vbi conceſſis aliis negatur vnum, Ιερ. 7, 3. ἄνδρες καὶ οὐκέτι ἄνθρωποι. ¶ 7) οὐ καὶ, *nondum*. Π. 2, 1, 2. p. 86. οὐ καὶ τὴν δύναμιν ἔλεξάς μοι. ¶ 8) οὐ — μὴ, *non, nullo modo*. Π. 4, 2, 20. οὐκ ἂν μὴ πρέποντα. h. l. μὴ perperam eſt intruſum. Sed E. 6, 1, 1. vtrumque refertur ad ſuum verbum: οὐ δυνήσοιντο μὴ πείθεσθαι. c. coni. Π. 3, 2, 4. ὡς οὐ μὴ δέξωνται. Ιερ. 11, 15. ἐὰν κρατῇς, οὐ μή σοι δύνωνται ἀντέχειν. Cf. Galat. 5, 16. ¶ 9) οὐ μὴν ἀλλὰ, *ſed tamen*. Π. 1, 4, 8. equus eum fere excuſſiſſet, οὐ μὴν ἀλλ' ἐπέμενεν. Abreſch. dilucidatt. Thucyd. 5, 43. optime ex praecedentibus poſt οὐ μὴν intelligit ἐξετραχηλίσθη. Cf. Bergler. ad Alciphr. p. 253. ¶ 10) οὐχ ὅπως, v. ὅπως

πῶς nr. 11. ¶ 11) οὐχ ὅτι — ἀλλὰ καὶ, *non modo — sed etiam*. Απ. 2, 9, 8. οὐχ ὅτι μόνος ὁ Κρίτων ἐν ἡσυχίᾳ ἦν, ἀλλὰ καὶ οἱ φίλοι αὐτοῦ. Ernestio ὅτι suspectum videbatur, sed defendit Hindenb. ¶ 12) οὐ — οὐδὲ, *non*. Απ. 1, 2, 5. οὐ μὴν οὐδ' ἐρασιχρημάτους γε τοὺς συνόντας ἐποίει. Leuncl. *nec quidem*. Vigerus 7, 13, 11. *verum enimuero non*. Απ. 1, 7, 5. ἀπατεῶνα ἐκάλει τὸν (i. e. ἐκεῖνον) οὐ μικρὸν μὲν, οὐδ' εἴτις ἀργύριον — πειθοῖ λαβὼν ἀποστεροίη, πολὺ δὲ μέγιστον, ὅστις etc. *non paruum, nec eiusmodi vt si quis*. Ruhnken. tollit τὸν et οὐδ'. Ern. οὐδ' mutari vult in ὡς, Schneiderus in οἷον, *veluti*. Hindenb. defendit vulgarem lectionem ex redundantia negationum Attica. ¶ 13) οὐκ — οὐδεὶς, *nemo*. Π. 8, 1, 13. οὐκ ᾤετο προσήκειν οὐδενί. ¶ 14) οὔκουν, a) *non igitur*. Π. 5, 5, 13. οὔκουν καλῶς ἂν πράττοιμι. 7, 5, 26. p. 454. οὔκουν ἀδικίᾳ γε ἕξετε. Margg. οὔκουν οὐκ ἀδ. O. 2, 11. b) *nullo modo*. Suidas: οὔκουν· οὐδαμῶς. οὐκοῦν δὲ συλλογιστικὸς σύνδεσμος. Π. 4, 1, 11. οὔκουν ἀπολείψομαί σου. A. 3, 5. 4. Απ. 4, 2, 10. 4, 5, 7. O. 1, 9. Σ. 3, 6. ¶ 15) οὐκοῦν, a) *ergo, igitur*. Cf. nr. 14. Π. 1, 4, 19. ἄγουσιν ἡμῶν τὰ χρήματα. οὐκοῦν χρὴ ἐλαύνειν τινὰς ἐπ' αὐτούς. 1, 6, 4. 3, 1, 9. E. 4, 3, 1. Σ. 2, 5. b) *num*. Π. 2, 4, 10. οὐκοῦν δοκεῖ σοι σύμφορον εἶναι τὸ λεληθέναι; 4, 1, 11. οὐκοῦν καὶ ἄλλοις προθύμως λέξεις; 5, 2, 12. 14. 5, 3, 7. 8. 7, 1, 5. Απ. 2, 2, 1. 3. 10. c) *nonne*. Απ. 2, 7, 5. οὐκοῦν χρήσιμά γ' ἄλφιτα; Σ. 4, 33. d) *quin*. A. 3, 2, 11. οὐκοῦν τῶν γε ἱππέων ἐπ' ἀσφαλεστέρου ὀχήματος ἐσμέν. ¶ 16) οὔποτε, *nunquam, nullo modo*. Π. 5, 1, 10. οὔποτε τούτους προδιδοὺς ἁλώσομαι. A. 2, 5, 2. p. 109. τούτου ἐγὼ οὔποτ' ἂν εὐδαιμονίσαιμι. 3, 1, 3. E. 2, 3, 17. p. 90. 2, 4, 10. p. 110. etc. Legitur etiam pro οὐδέποτε. v. ibi. ¶ 17) οὔπω, v. suo loco. ¶ 18) οὔτε, v. suo loco. ¶ 19) οὔτι, *omnino non*. Hesych. οὔτι· οὐδαμῶς. A. 7, 6, 9. οὔτι πυθόμενος ὑμᾶς εὖ πράττειν. ¶ 20) οὔτοι, *non vero*. Suid. οὔτοι· οὐ μήν. Απ. 1, 4, 10. 3, 12, 5. οὔτοι χρὴ — ἀμελεῖν. Π. 6, 3, 10. Le-

Leuncl. legit οὔτοι pro οὗτοι. v. εἰδέναι nr. 8. l. ¶ 21) οὐ φάναι f. οὐ φάσκειν, *negare*. E. 1, 7, 9. οὗτος οὐκ ἔφη ἄλλ' (i. e. ἄλλα) ἢ κατὰ νόμον ποιήσειν. Cf. ἀλλὰ, γὰρ, εἶναι, ἥκιστα, μὰ, μὲν, ὅτι nr. 3. οὐδεὶς, οὔτε, πάνυ, πῶς, τίς, φάναι, φάσκειν etc. ¶ 22) In var lect. οὐ permutatur c. οὐδέ. v, οὐδὲ nr. 3. it. c. σύ. v. γὰρ nr. 2.

οὐδαμῆ, ¶ 1) *nusquam*. A. 4, 6, 8. ἄνδρες οὐδαμῆ (All. οὐδαμοῦ) φυλάττοντες ἡμᾶς. 7, 3, 5. ¶ 2) *nullo modo, nequaquam*. A. 5, 5, 3. οὐδαμῆ προσίενται οἱ θεοὶ τὸν πόλεμον. 7, 6, 21. E. 3, 5, 1.

οὐδαμόθεν, ¶ 1) *ex nullo loco*. A. 4, 5, 21. οὐδαμόθεν ἀφίεσαν, πρὶν παραθεῖεν ἄριστον, *e nullo vico*. ¶ 2) *nulla ex parte*. A. 2, 4, 12. οὔτε ἐπέθετο οὐδεὶς οὐδαμόθεν. ¶ 3) *a nemine*. E. 7, 1, 2. p. 437. οὐδαμόθεν ἂν τριήρεις πλείους ἐκπλεύσειαν, ἢ παρ' ὑμῶν. Aπ. 2, 7, 2.

οὐδαμοῦ, ¶ 1) *nusquam*. Π. 7, 1, 19. οὐδαμοῦ οὐδὲν ἠδύνατο κατιδεῖν. 8, 8, 7. E. 5, 4, 42. οὐδαμοῦ ἀποσκεδάννυσθαι τῆς φάλαγγος. Aπ. 1, 4, 8. νοῦν οὐδαμοῦ ὄντα. Cf. ἄλλοθι et οὐδαμῆ. ¶ 2) *in nullum locum*. A. 6, 3, 9. ἡμεῖς ἀποδραίημεν ἂν οὐδαμοῦ. Σ, 4, 24. οὐδαμοῦ ἀπήει ἀπ' αὐτοῦ. §. 30. ¶ 3) *nunquam*. Π. 7, 3, 1. πρόσθεν θαμίζων ἐφ' ἡμᾶς, νῦν οὐδαμοῦ φαίνεται. Reddi h. l. potest *omnino non*. Aπ. 1, 7, 2. Cf. οὐδαμῶς, et A. 3, 1, 27.

οὐδαμῶς, ¶ 1) *nequaquam*. Suid: οὐδαμῶς· κατ' οὐδένα τρόπον. E. 5, 2, 8. ὡς ἕπεσθαι μὲν οὐδαμῶς ἐθέλοιεν. Margg. οὐδαμοῦ, i. e. *in nullum locum*. Aπ. 2, 3, 15. O. 1, 13. πῶς ἂν ὠφέλιμον εἴη; οὐδαμῶς. ¶ 2) *nulla alia ratione*. Sequente ἢ, Π. 7, 1, 18. γνοὺς ὅτι οὐδαμῶς ἂν θᾶττον χοίη, ἢ εἰ εἰς τὸ ὄπισθεν περιελάσειεν. O. 16, 13. ¶ 3) In var. lect. est pro οὐ πάνυ. v. πάνυ nr. 1.

οὐδὲ, ¶ 1) *neque*. Π. 1, 4, 12. οὐδὲ γὰρ λέγειν — οὐδ' ἀναβλέπειν. 1, 5, 7. p. 54. 1, 6, 19. p. 75. etc. Sequitur post οὔτε, Π. 2, 2, 8. οὔτε γὰρ αὐτὸς — οὐδὲ μὴν φίλοις γε, οὐδὲ ξένοις. 2, 3, 3. οὔτε πρῶτος, οὔτε δεύτερος, οἴομαι δὲ οὐδὲ χιλιοστὸς, ἴσως δὲ οὐδὲ μυριοστός. 4, 5, 12. p. 246. A. 1, 4, 8. οὐδὲ — οὔτε.

οὔτε. All. οὔτε. Sed οὐδὲ defendit Doruill. ad Charit. p. 721. 4, 7, 7. οὔτε τὸν Ἀριςώνυμον — οὐδὲ Εὐρύλοχόν — οὐδ᾽ ἄλλον οὐδένα. Απ. 2, 2, 5. οὔτε προπεπονθυῖα οὐδὲν — οὔτε γιγνώσκον — οὐδὲ σημαίνειν δυνάμενον. Hindenb. corrigit οὔτε, et ſic edidit Ern. K. 12, 20. Ita etiam videtur Π. 1, 6, 6. ὡς οὐδὲ θέμις εἴη αἰτεῖσθαι παρὰ τῶν θεῶν οὔτε — νικᾷν, οὔτε — κρατεῖν, οὔτε — σώζειν εὔχεσθαι· οὐδὲ — εὔχεσθαι, οὐδὲ — αἰτεῖσθαι. Sed duo poſteriora οὐδὲ referuntur ad illud οὐδὲ, quod eſt ante θέμις, atque adeo pro vltimo οὔτε videtur οὐδὲ reponendum eſſe. ¶ 2) *ne quidem*. Π. 1, 3, 9. οὐδ᾽ ὀρθοῦσθαι ἐδύνασθε. 1, 4, 11. 1, 5, 7. p. 53. 1, 6, 16. 2, 2, 1. extr. Αγ. 1, 1. οὐδὲ μειόνων ἂν τυγχάνοι ἐπαίνων. All. δὲ μ. E. 3, 1, 14. 3, 4, 13. 4, 1, 10. Απ. 1, 3, 11. 12. Σ. 1, 14. Sic Π. 7, 2, 7. p. 417. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τοῦτο ἐψεύσατο. ¶ 3) i. q. οὐ. Π. 1, 6, 15. ὥσπερ οὐδὲ γεωργοῦ ἀργοῦ οὐδὲν ὄφελος, οὕτως οὐδὲ ςρατηγοῦ ἀργοῦ. Altero loco eſt *nec, etiam non*. Α. 2, 2. 1. vbi tamen Hutch. vertit *ne quidem*. Et ſane referri poteſt ad vltima verba cap. 1. Απ. 1, 3, 7. ἀπεχόμενον — διὰ ταῦτα οὐδὲ γενέσθαι ὖν. Marg. Steph. οὐ. 3, 1, 11. οὐδὲ διεσαφήνιζε ταῦτα. All. οὐ, quod Ern. melius, Schneiderus multo deterius vulgato putat. Σ. 1, 15. Inprimis initio periodi, c. γὰρ, vt ap. Latinos *neque enim*, Π. 1, 6, 18. οὐδὲ γὰρ τὰ δῶρα — οὐδεὶς λαμβάνει. Sic Π. 4, 1, 9. pro οὐ διωξόμεθα in Margg. eſt οὐδὲ δ. ¶ 4) Perperam legitur pro οὐδὲν, Π. 6, 1, 9. οὐδὲ θαυμαςόν. Corrigunt οὐδὲν θ. §. 16. οὐδὲ μέγα μέρος συμβάλλεσθαι. All. melius οὐδὲν μ. Απ. 1, 4, 9. οὐδὲ γνώμῃ, ἀλλὰ τύχῃ πάντα. Geſn. et Ern. ſcribunt οὐδὲν γ. Sic Απ. 1, 1, 14. οὔτε βωμὸν, οὔτε ἄλλο τῶν θείων οὐδὲν τιμᾷν. All. οὐδὲ τ. Cf. οὐδεὶς nr. 5. et ὀνομαςός. it. pro μηδὲν, E. 3, 1, 8. μηδὲν βλάψας τοὺς ξυμμάχους. Marg. οὐδὲ β. ¶ 5) οὐδ᾽ ὁπωστιοῦν et οὐδ᾽ ὁτιοῦν v. in v. ὅπως nr. 12. et ὃς nr. 22. Cf. οὐ nr. 12. οὐδεὶς, οὐδέποτε, οὔτε.

οὐδεὶς, ¶ 1) *nullus, nemo*. Π. 1, 1, 2. οὐδεμίαν ἀγέλην — ἐπ᾽ οὐδένας συνίςανται. 7, 5, 17. p. 445. ἤ

τινα ἢ οὐδένα οἶδα, h. e. *fere neminem noui.* v. Valckenar. ad Herodot. 3, 140. et Abrefch. dilucidatt. Thucyd. 3, 68. p. 344. Π. 7, 5, 23. οὐδένες — ἐπεδείκνυσαν. A. 6, 3, 9. οὐδεμιᾶς ἡμέρας ἐπιτήδεια. Viri docti emendant οὐδὲ μιᾶς. 7, 6, 20. οὐδένα ἔτι ἑωρῶμεν. All. οὐκέτι οὐδένα. Λ. 3, 2. οὐδένες. E. 2, 1, 16. πρὸς οὐδεμιᾷ πόλει. 2, 4, 29. οὐδὲν πώποτε — ὑμᾶς ἠδίκησεν. Poteſt etiam accipi pro οὐ (v. nr. 5.) vel *nulla in re.* 3, 5, 5. οὐδένα ἄλλον πόλεμον. 4, 4, 4. οὐδένας συμμάχους. 5, 3, 10. οὐδένες ἤκουον. 7, 1, 12. 7, 4, 8. οὐδένων. Ἱερ. 1, 38. Απ. 1, 2, 8. ἐπηγγείλατο οὐδενὶ πώποτε τοιοῦτον οὐδὲν, *nemini vnquam tale quid.* 3, 5, 18. οὐδενῶν. Σ. 2, 3. ἀνὴρ οὐδείς. Scribitur diuiſim, E. 2, 3, 18. p. 96. ἀδικοῦντες οὐδὲ ἕν. Sic Απ. 4, 4, 10. pro οὐδεὶς ἄδικος ἂν εἴη, all. legunt οὐδ' ἂν εἷς ἄδικος εἴη. Cf. εἷς nr. 10. et Koen. ad Gregor. de dialect. p. 22. ſq. vbi Gregorius dicit: τὸ διαιρεῖν τὸ οὐδὲν. Ἀττικόν ἐστιν. Sic Phauorin: οὐδὲ ἕν, ἀντὶ τοῦ οὐδὲν, Ἀττικῶν ἐστι. Similia habet Thom. Mag. p.662. c. gen. A. 2, 5. 2. p. 110. πᾶσα ὁδὸς διὰ σκότους — οὐδὲν γὰρ αὐτῆς ἐπιστάμεθα. E. 2, 4, 29. Iungitur plurali, Πο. 4, 4. νῦν οἱ κεκτημένοι — οὐδεὶς ἀφαιρεῖ, *nemo eorum qui habent.* E. 2, 2, 2. οὐδεὶς ἐκοιμήθη οὐ μόνον πενθοῦντες, ἀλλὰ νομίζοντες. c. οὐδὲ, vbi οὐδὲ eſt i. q. καὶ vel ἤ. A. 1, 8, 14. οὐδὲν μέντοι οὐδὲ τοῦτον ἔφασαν παθεῖν, οὐδὲ ἄλλος — ἔπαθεν οὐδεὶς οὐδέν. 3, 1, 11. ἡμῶν οὐδεὶς οὐδὲ ἐπιμελεῖται, *omnino nullus.* Απ. 3, 12, 5. οὐδὲ ἐν ἄλλῳ οὐδενὶ ἀγῶνι, οὐδὲ ἐν πράξει οὐδεμιᾷ. c. οὐκ, Απ. 2, 6, 36. οὐκ ἐξεῖναι — λέγειν οὐδὲν, *dicere quicquam.* c. οὔτε, Π. 1, 3, 15. ἄλλον οὐδένα, οὔτ' ἐμέ. 5, 4, 14. 6, 1, 15. ἀπεωθεῖτο οὐδὲν, οὔτε εἴ τις ὅπλον ἐδίδου καλὸν, οὔτε ἵππον. In margg. eſt bis οὐδὲ pro οὔτε. A. 1, 6, 11. οὔτε ζῶντα, οὔτε τεθνεῶτα οὐδεὶς πώποτε εἶδεν, οὐδ' ὅπως ἀπέθανεν, οὐδεὶς εἰδὼς ἔλεγεν. 2, 4, 12. v. οὐδαμόθεν. 2, 5, 2. p. 109. E. 2, 3, 18. p. 96. Απ, 1, 1, 20. τὸν ἀσεβὲς οὐδέν ποτε οὔτ εἰπόντα οὔτε πράξαντα. Ern. e bonis libris edidit οὐδέποτε. Sed Schneiderus reuocauit οὐδέν ποτε. 1, 2, 48. 1, 4, 14.

14. 2, 7, 2. Cf. ἄλλος et οὐδέ. ¶ 2) *exiguus, multo paucior.* A. 6, 2, 6. Ἀρκάδας καὶ Ἀχαιοὺς, τὸ δ' ἄλλο ςράτευμα οὐδὲν εἶναι. ¶ 3) *nullius momenti, parum.* Π. 6, 2, 4. οὕτως εἶχε τὴν γνώμην, ὡς ἤδη παντελῶς κεκρατηκὼς, καὶ οὐδὲν ὄντα τὰ τῶν πολεμίων. (3, 2, 3. est: οὐδὲν τὰ τῶν πολεμίων δυνήσεται.) E. 4, 8, 4. ἐκρατήθημεν. οὐδὲν ἄρα ἔτι ἐσμὲν, *amisimus imperium Graeciae et potentiam omnem.* Cf. ἀνύειν, εἶναι nr. 6. ποιεῖν nr. 40. ¶ 4) οὐδεὶς ὅςις οὐ, *nemo non.* Π. 1, 4, 25. οὐδένα ἔφασαν ὅντιν' οὐ δακρύοντα ἀποςρέφεσθαι. 8, 2, 12. οὐδὲν τούτων ὅ τι οὐχὶ παρασκευάσας ἐθησαύριζε. E. 5, 1, 3. 6, 2, 22. K. 5, 33. 12, 14. Integra legitur formula E. 7, 5, 26. οὐδεὶς ἦν ὅςις οὐκ ᾤετο. Sic Σ. 1, 9. οὐδεὶς οὐκ ἔπαχέ τι. Sed Athenaeus 5, p. 188. A. habet οὐδεὶς ἦν ὃς οὐκ ἔπ. quod placet Stephano atque Bachio. Cf. ὃς nr. 1. ¶ 5) οὐδὲν pro οὐ. Attice. v. Gregor. de dialectt. §. 18. it. Hesych. et Suid. c. adiect. et aduerb. Π. 1, 4, 7. et Aπ. 1, 3, 15. οὐδὲν ἧττον. Suid: οὐδὲν ἧττον· ἴσον. Π. 1, 4, 22. et 8, 4, 16. οὐδὲν μᾶλλον. 1, 5, 7. p. 52. οὐδὲν χείρους ἡμῶν. 1, 6, 12. p. 64. 2, 1, 6. p. 92. §. 16. 2, 4, 8. p. 130. ἦλθον οὐδέν τοι (all. rectius οὐδέν τι) πολλὰ ἔχων χρήματα. 7, 1, 6. οὐδέν ποτε, *nunquam.* 8, 4, 4. οὐδὲν (Cod. Guelf. οὐδέν τι) θαυμαςόν. §. 16. A. 1, 9, 10. οὐδὲν πώποτε ἀχάριςον εἴασε τὴν προθυμίαν. Cf. nr. 1. ex E. 2, 4, 29. Steph. et Hutch. malunt οὐδενὶ π. 6, 1, 15. οὐδὲν (all. οὐ) χρηματιςικὸν εἶναι τὸν οἰωνόν. Aγ. 10, 1. πλουσιώτερος μὲν ἂν εἴη, οἰκονομικώτερος δὲ οὐδὲν ἄν· — εὐτυχέςερος μὲν ἂν εἴη, ςρατηγικώτερος δὲ οὐδὲν ἄν. E. 3, 4, 1. 4, 8, 4. οὐδὲν θαυμαςόν. Sic Π. 2, 1, 6. p. 93. Ἱερ. 3, 4. Aπ. 4, 2, 9. O. 3, 2. Sic c. μὴ, E. 1, 6, 23. οὐδὲν μὴ κάκιον οἰκιεῖται. Cf. τὶς et μᾶλλον, it. ἧσσον et ἧττον, vbi etiam dictum est de formula οὐδενὸς ἧσσον et οὐδεμιᾶς ἧττον, quae pro οὐδὲν ἧττον ponitur. c. verbis, Π. 1, 6, 13. λέγοντες οὐδὲν παύονται οἱ ἄνθρωποι περὶ νοσηρῶν χωρίων. 2, 1, 6. p. 93. οὐδὲν φυλαττομένους. 4, 1, 2. p. 200. 5, 2, 15. p. 286. A. 1, 1, 8. Aθ. 1, 3. Aπ. 4, 4, 10. οὐδὲν παύομαι

μαι ἀποδεικνύμενος. Ernestio οὐδὲν non placebat. Sic A. 5, 8, 11. οὐδ' εἴ τινα ἐτίμησα — οὐδὲ τούτων μέμνηθε. In 2 Codd. est οὐδὲν τούτων. Cf. οὐ nr. 1. et οὐδὲ nr. 4. Legitur etiam pro οὐδέτερος. v. ibi.

οὐδέποτε, *nunquam*. Thom. Mag: τὸ οὐδέποτε, ἐπὶ τῶν τριῶν χρόνων· τὸ δὲ οὐδεπώποτε, ἐπὶ παρῳχημένου μόνου. Cf. οὐδεπώποτε et Wass. ad Thucyd. 4, 61. De omnibus temporibus, Π. 1, 6, 14. οὐδέποτε προσήκει στρατιὰν ἀργεῖν. Σ. 4, 48. 51. De praeterito, Π. 1, 3, 9. οὐδέποτε ἐσιωπᾶτε. 1, 4, 2. οὐδέποτε ἀπέλειπε, οὐδὲ ἡλκίων ποτὲ ἐπαύετο. De futuro, v. Herodianus Phrynicho adiectus. Π. 2, 2, 1. p. 101. οὐδεὶς οὐδέποτε ἄρξεται. 5, 2, 5. τοῖς πολεμίοις οὐδέποτ' ἂν (Margg. οὔποτ' ἂν) ὑφεῖντο ζῶντες. Aπ. 1, 4, 16. οὐδέποτ' ἂν αἰσθέσθαι, *nunquam sensuros fuisse*. Cf. οὐδεὶς nr. 1.

οὐδέπω, *nondum*. Π. 2, 1, 7. p. 94. ἐλέγοντο μὲν προσιέναι, παρῆσαν δὲ οὐδέπω. Aπ. 3, 6, 1. it. diuisim, A. 7, 6, 24. οὐδὲ νῦν πω πέπαυμαι, *auch ietzt noch nicht*. Leuncl. *ne nunc quidem*. Aπ. 3, 6, 9. οὐδὲ γέγραπταί μοί πω.

οὐδεπώποτε, *nunquam antea*. Phauorin. in v. οὐδέποτε· οὐκέτι καὶ οὐδέποτε πρὸς μέλλοντα ὁριστικὸν ἀποδίδοται, οἷον, οὐκέτι καὶ οὐδέποτε ποιήσω — τὸ δὲ οὔπω καὶ οὐδεπώποτε ἐπὶ παρῳχημένου τάττεται — παρὰ Ξενοφῶντι· τοσαῦτα μὲν εἶπεν, οὔπω δ' ἐφαίνετο χρηστὸς εἶναι. Cf. οὐδέποτε. Π. 2, 1, 2. p. 86. τῶν οὐδεπώποτε ἐξελθόντων. Oudendorpio ad Thom. Mag. p. 662. teste, in MSS. est οὐδέ ποτε. Et sic in MS. Guelf.

οὐδέτερος, *neuter*. Π. 3, 1, 3. ὅτι οὐδετέροις (Margg. οὐδενὶ) βούλοιτο μάχεσθαι. Aγ. 5, 1. διμοιρίαν — διαπέμπων, οὐδετέραν αὐτῷ κατέλιπε. E. 7, 5, 26. §. 27. οὐδέτεροι οὐδὲν πλέον ἔχοντες. K. 4, 9. Cf. μηδέτερος.

οὐ δήπου, v. οὐ nr. 2.

οὐ δῆτα, v. δῆτα et οὐ nr. 5.

οὐθείς, *nullus*. Thom. Mag: οὐδεὶς, Ἀττικοί· οὐθεὶς, Ἕλληνες. Cf. Phrynich. p. 76. Π. 2, 2, 1. p. 101. ἀφ' ἡμῶν τῶν ἐν μέσῳ οὐθεὶς ἄρξεται. 4, 2, 12. p. 218. οὐθέν ἐστι κερδαλεώτερον τοῦ νικᾶν. A. 4, 8, 11. Λ. 11, 10.

οὐκ, οὐκέτι, οὔκουν, οὐκοῦν, v. οὐ.

οὐλή, *cicatrix*. Phauorin: οὐλή· τὸ ὑγιανθὲν τραῦμα.

Aπ.

Απ. 3, 4, 1. τὰς οὐλὰς τῶν τραυμάτων.

οὖν, ¶ 1) *igitur*. Saepe c. μὲν. A. 1, 7, 13. ταύτῃ μὲν οὖν (Cod. Eton. δὲ) τῇ ἡμέρᾳ οὐκ ἐμαχέσατο. Cod. Eton. μὲν δέ. Fortassis voluit μὲν δή. 7, 1, 25. ὁ μὲν οὖν (Cod. Paris. δὴ) Ξενοφῶν — ἀπήει. 7, 5, 4. οἱ μὲν δὴ (Cod. Eton. οὖν) ςρατιῶται. it. c. ἤδη et νῦν. v. ibi. Initio responsionis, O. 11, 23. τοῦτό μοι δήλωσον. οὐδὲν μὲν οὖν παύομαι, ἔφη. In interrogationibus ad praecedentia relatis, Π. 1, 4, 11. sq. εἰ Ἀςυάγης κελεύοι. — τίς ἂν οὖν ὑμῶν πρὸς Ἀςυάγην μνησθείη. Απ. 4, 4, 23. In cohortatione, Π. 6, 3, 11. p. 386. καὶ ὑμεῖς μὲν οὖν οὕτω ποιεῖτε. Ita Cod. Guelf. In reliquis οὖν deest. ¶ 2) *vt supra dictum est*. Απ. 1, 1, 20. θαυμάζω οὖν ὅπως ἐπείσθησαν. Nam initio dixerat πολλάκις ἐθαύμασα. 3, 9, 5. ἐπεὶ οὖν πράττεται. v. Hindenb. Sic Π. 4, 2, 20. Cod. Guelf. habet ὁ μὲν οὖν Ὑςάςπης οὕτως εἶπεν. Alii: ὁ μὲν Ὑςάσπας δὴ οὕτω συνεῖπεν. A. 1, 4, 5. in eodem cod. et ed. funt. est ταύτης οὖν ἕνεκα τῆς παρόδου. In aliis deest οὖν. Inprimis repetitioni seruit post longam parenthesin, vel post multas enunciationes commemoratas habet vim connectendi, atque adeo mox *inquam* verti potest, mox *igitur*. v. Schol. Thucyd. 3, 95. et Duker. ibid. Π. 5, 1, 1. ἐκέλευσε διαφυλάξαι τὴν γυναῖκα — ταύτην οὖν ἐκέλευσεν ὁ Κῦρος διαφυλάττειν. 8, 1, 5. σκοπῶν, ὅπως ἂν τὰ οἰκονομικὰ — καλῶς ἔχοι, κατενόητέ πως τὴν ςρατιωτικὴν σύνταξιν. — ὥσπερ οὖν ταῦτα ἔχει, οὕτω καὶ ὁ Κῦρος συνεκεφαλαιώσατο τὰς οἰκονομικὰς πράξεις. §. 6. A. 1, 5, 14. 3, 1, 13. 6, 6, 9. ἐγὼ μὲν οὖν (καὶ γὰρ ἀκούω —) ἐγὼ οὖν ἀπολύω. §. 13. E. 3, 2, 16. 17. 3, 5, 16. Ἱέρ. 2, 5. 5, 3. Sic Hutch. A. 4, 3, 5. post ἀνεχώρησαν inserit οὖν. ¶ 3) Coalescit cum aliis vocabulis, v. c. ὅπως, ὅςις etc. vt Lat. *cunque*. ¶ 4) γὰρ οὖν saepe est in responsionibus, vt O. 17, 1. ἀμφοτέροις ἡμῖν ταῦτα δοκεῖ. δοκεῖ γὰρ οὖν, *sane*. Margg. habent αὖ. Cf. γὰρ nr. 4. c. ¶ 5) ἀλλ' οὖν est obiicientis: *at, veruntamen*. Απ. 4, 4, 21. παρανομοῦσιν. Resp. ἀλλ' οὖν δίκην γέ τοι διδόασιν οἱ παραβαίνοντες. Sic quo-

quoque iungitur c. τάχα. v. τάχα nr. 4. ¶ 6) καὶ οὖν καὶ, atqui etiam. E. 5, 1, 14. p. 282. καὶ ὑμεῖς οὖν ἦτε μὲν καὶ πρότερον ἄνδρες ἀγαθοί. ¶ 7) Permutatur c. ἄν. v. ἂν I. nr. 9. it. c. αὖ. v. αὖ nr. 7. b. it. c. αὐτοῦ, ibi. v αὐτοῦ. it. c. δὴ, v. δὴ I, 2. et II, 4. b. it. c. γάρ. v. ibi nr. 17. it. c. γοῦν. v. ibi nr. 1. it. c. δέ. v. δὲ nr. 6. it. c. νῦν. v. νῦν nr. 6.

οὔποτε, v. οὐ nr. 16.

οὔπω, ¶ 1) nondum. v. Phauorini verba ſupra in v. οὐδεπώποτε exſcripta. Thom. Mag: τὸ οὔπω ἀναιρεῖ τὸ ἐνεστὼς καὶ τὸ παρεληλυθὸς, καὶ ἐπαγγέλλεται τὸ μέλλον, οἷον, οὔπω ἔστι καιρὸς, καὶ, οὔπω γέγονεν· — τὸ δὲ οὐκέτι ἀναιρεῖ τὸ μέλλον, οἷον, οὐκέτι ἔσται καιρός. ἤγουν, ἀπὸ τοῦ νῦν οὐκ ἔστι, ἀλλὰ παρῆλθε δηλονότι. v. ibi Oudendorp. Π. 1, 4, 4. κατῆρχεν ἀναπηδῶν ἐπὶ τοὺς ἵππους — οὔπω πάνυ ἔποχος ὤν. A. 1, 5, 12. Κῦρος οὔπω ἧκεν. 1, 8. 5. 3, 2, 9. οὔπω πολλαὶ ἡμέραι ἀφ' οὗ, ante paucos dies. Π. 1, 3, 10. λέγοιμ' ἄν, ὅτι οὔπω δυνατὸν τῷ ἀρίστῳ ἐντυχεῖν. 5, 3, 4. ἡμῖν οὔπω σχολή. Scribitur diuiſim interpoſito fere vocabulo, Π. 5, 3, 19. οὐ γάρ πω ἐν ὁδῷ πάντες ἦσαν. A. 7, 3, 12. σχολάζει ἤδη, ἐγὼ δ' οὔπω. §. 18. οὐκ ἴσασί πώ τὴν ὑμετέραν συμμαχίαν. 7, 7, 35. Αγ. 1, 31. E. 3, 4, 23. 4, 5, 8. ¶ 2) non, nequaquam. Π. 1, 5, 7. p. 54. οὐ γάρ πω ἱκανοί εἰσιν ἀγωνίσαί. 2, 2, 1. p. 101. A. 1, 9, 14. ¶ 3) nunquam. Π. 8, 7, 3. p. 547. τὰς τῶν ἀποθανόντων ψυχὰς οὔπω κατενοήσατε οἵους φόβους ἐμβάλλουσιν. A. 5, 4, 9. Quanquam in his quoque locis verti poteſt nondum. Απ. 3, 14, 2. οὔπω ἐπί γε τούτῳ ὀψοφάγοι καλοῦνται. Ern. ſcribit οὔ πω, et vertit non vtique. ¶ 4) In var. lect. permutatur c. οὕτω. v. διακεῖσθαι nr. 3.

οὐ πώποτε, nunquam. v. πώποτε.

οὐρὰ, ¶ 1) cauda. equi, Ιπ. 5, 7. οὐρὰν πλύνειν — τρίχας τὰς ἐν τῇ οὐρᾷ. §. 8. 6, 3. κατὰ — οὐρὰν, a tergo. Oppon. ἐκ πλαγίου. 10, 4. τὴν οὐρὰν ἄνω ἀνατείνει. 11, 2. ὀσφῦν — οὐ τὴν κατ' οὐρὰν, prope caudam. canis, K. 3, 4. τὴν οὐρὰν ἡσυχῇ ἔχουσιν — τῇ οὐρᾷ (Leuncl. τὴν οὐρὰν) σείουσιν. §. 5. σχάσασαι τὴν οὐράν. 4, 1. varia ſunt epitheta. §. 3.

ταῖς

ταῖς οὐραῖς διασαίνουσαι. Ita etiam Leuncl. vult 6, 15. vbi all. διασείουσαι. 4, 8. 6. 23. διαῤῥιπτοῦσαι ταῖς οὐραῖς. leporis, K. 5, 23. 32. ¶ 2) *agmen extremum, postrema agminis pars.* Eustath. ad Il. δ, p. 469. οὐρὰ καὶ κατὰ Ξενοφῶντα τὸ ὀπίσω τῆς φάλαγγος, ὥσπερ στόμα καθ' Ὅμηρον, ὁ τόπος τῶν προμάχων. A. 3, 4, 24. Χειρίσοφος καλεῖ τὸν Ξενοφῶντα ἀπὸ τῆς οὐρᾶς. Αγ. 2, 2. τοὺς ἡμίσεις μὲν ἔμπροσθεν, τοὺς ἡμίσεις δὲ ἐπ' οὐρὰν (E. 4, 3, 2. est ἐπ' οὐρᾶ) ἔχων — παραπέμπει ἐπ' οὐρὰν καὶ τὸ ἀπὸ στόματος ἱππικόν. Λ. 11, 9. §. 10. ὁ κατ' οὐρὰν λόχος, *in agmine extremo collocatus.* E. 6, 5, 18. Sic Π. 5, 3, 16. p. 301. τῷ κατ' οὐρὰν, *qui in acie alterum sequitur.* Scil. omissum est πορευομένῳ vel ἑπομένῳ, cui verbo saepe iuncta legitur formula κατ' οὐρὰν, *a tergo,* vt Π. 2, 3, 9. εἰσῆγε τὸν πρῶτον λόχον, καὶ τὸν δεύτερον τούτου κατ' οὐρὰν ἕπεσθαι ἐκέλευε, *post hunc.* 2, 4, 3. 7, 5, 8. Λ. 11, 8. Ιπρ. 8, 18. it. ἀκολουθεῖν, Π. 2, 4, 2. τὴν πρώτην χιλιοστὺν — τὴν δευτέραν κατ' οὐρὰν ταύτης ἀκολουθεῖν. De cornu exercitus, A. 6, 5, 4. τὴν οὐρὰν τοῦ κέρατος ποιησάμενοι κατὰ τοὺς νεκροὺς, *postrema cornu parte constituta iuxta cadauera* (vt sepelirent), reliquis ad iter paratis pergentibus. Cf. οὐραγία.

οὐραγία, i. q. οὐρά. A. 3, 4, 26. μακρὰν ἦν ἀπὸ τῆς οὐραγίας λαβεῖν. All. οὐρᾶς. Sed etiam Hesychius, οὐραγία, inquit, στρατηγίας οὐρὰ, τουτέστι τὸ τέλος τῆς στρατιᾶς καὶ τῆς τάξεως. Cf. Suid.

οὐραγὸς, *agminis* s. *aciei extremae dux.* Hesych: οὐραγός· τῆς οὐρᾶς ὁ ἔσχατος ἡγεμών. Π. 2, 3, 10. οὐραγὸς τοῦ τελευταίου λόχου — ἔπειτα ὁ οὐραγὸς τοῦ ἑτέρου λόχου — ὁ οὐραγός τε καὶ οἱ τελευταῖοι. 3, 3, 19. οὐραγοὶ opponuntur προστάταις, vocantur ὄπισθεν ὄντες, dicuntur esse ex ὁμοτίμων numero, aliisque modis describuntur. Quod hic in nonnullis legitur, ὠραγοὺς, vitiosum est. A. 4, 3, 19. §. 22.

οὐράνιος, *coelestis.* Π. 1, 6, 2. οὐράνια σημεῖα dicuntur ἀστραπαὶ καὶ βρονταί. 8, 7, 1. Sic Απ. 1, 1, 11. τίσιν ἀνάγκαις ἕκαστα γίνεται τῶν οὐρανίων, *quae in coelo et aere fiunt.* 4, 7, 6. Σ. 8, 9. et

et 10. *οὐρανία Ἀφροδίτη, casti amoris praeses.* v. Ἀφροδίτη.

οὐρανὸς, ¶ 1) *coelum, aer.* Π. 1, 4, 11. *ἔλαφοι ἥλλοντο πρὸς τὸν οὐρανόν.* O. 19, 9. *τὸ πλῆμα ὀρθὸν τιθεὶς, πρὸς τὸν οὐρανὸν βλέπον.* ¶ 2) *aer, nubes.* Π. 4, 2, 8. *λέγεται Φῶς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ προφανὲς γενέσθαι.* A. 4, 2, 1. *ὕδωρ πολὺ ἦν ἐξ οὐρανοῦ.* Aπ. 4, 3, 8. O. 17, 10. *πολλὴν ἔχει τροφὴν ἡ γῆ ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ* per pluuiam.

οὐρεῖν, mingere. Π. 1, 2, 16. *ἰόντα που τοῦ οὐρῆσαι ἕνεκα.*

οὔριος, secundus. E. 1, 6, 27. *ἦν τὸ πνεῦμα οὔριον.* v. Hesych. et Suid.

οὖρος, ventus secundus. Hesych: *οὖρος· ἐπιτήδειος ἄνεμος.* Suid: *οὖρον· εὔφορον ἄνεμον.* E. 2, 3, 17. p. 93. *ὥσπερ ἐν νηὶ διαπονεῖσθαι, ἕως ἂν ἐς οὖρον καταστῶσιν, donec ventum secundum nanciscantur.*

οὐροδόκην f. *οὐροδόχην* e Xenophonte laudat Photius in lexico MS. et explicat *τὴν ἀμίδα.* v. interpp. ad Hesych. in v. *βίκκος* et *οὐριομβικόν.*

οὖς, auris. Π. 4, 3, 4. p. 233. *δυοῖν ὤτοιν ἤκουεν — τέτταρσι δὲ ὠσὶ προαισθήσομαι — τοῖς ὠσὶ προακούοντα.* 5, 3, 16. p. 300. *διὰ τῶν ὤτων — αἰσθάνεσθαι.* Aπ. 1, 4, 5. *ὦτα ὥστ' ἀκούειν τὰ ἀκουστά.* Iπ. 5, 6. *μεγάλων ὤτων ἃ ὄνοις καὶ ἡμιόνοις ἔδοσαν.* Iπρ. 3, 3. *μεταξὺ τοῖν ὤτοιν τοῦ ἵππου.* K. 3, 4. canes *αἱ μὲν τὰ ὦτα διακινοῦσιν — αἱ δὲ τὰ ὦτα ἀκίνητα ἔχουσι.* §. 5. *συνάγουσι τὰ ὦτα.* 4, 1. §. 3. *ἐπικαταβάλλουσαι τὰ ὦτα.* 6, 15. *ἐπικλίνουσαι τὰ ὦτα.* 5, 10. lepus dormiens *τὰ ὦτα ἐπιπετάσας ἐπὶ τὰς ὠμοπλάτας.* §. 32. *ἐπευθύνειν τὸ σῶμα τῷ ὠτὶ ἑκατέρῳ — καταβάλλει καὶ παραβάλλει τὸ ἕτερον οὖς.* Quinam fuerint *ὦτα βασιλέως* Π. 8, 2, 7. exponitur in v. *ὀφθαλμός.* Cf. *τρυπᾶν.*

οὐσία, facultates. v. Hesych. et Suid. Π. 8, 4, 11. *οὐσία ἀξία τῶν τῆς παιδὸς — ποῦ ἐστι σοι ἡ οὐσία, patrimonium.* §. 15. Aθ. 2, 16. *οἱ Ἀθηναῖοι τὴν οὐσίαν ταῖς νήσοις παρατίθενται.* Fr. Portus et Simsonus intelligunt *pecus,* Zeunius *res quae moueri possunt.* Aπ. 2, 8, 3. *συμφυλάττοντα τὴν οὐσίαν.* K. 2, 2. 13, 11.

οὔτε, neque. Saepe bis ponitur, vt Λ. 14, 7. *οὔτε τῷ θεῷ, οὔτε τοῖς νόμοις.* 15, 8. Aθ. 1, 3. 9. Sequente *οὐδὲ*, Π. 1, 6, 6. *οὔτε νικᾶν, οὔτε κρατεῖν,*

οὔτε σώζειν, οὐδὲ καλὸν σῖτον φύεσθαι. it. praecedente οὐδὲ, Π. 2, 1, 16. οὐδὲ ἧττον τιμᾶν — οὔτε κηρύκων, οὔτε πρέσβεων. vbi οὔτε — οὔτε eſt i. q. ἢ — ἢ ſiue εἴτε — εἴτε. Sequente τε, Απ. 3, 4, 1. τὸν οὔτε ϛρατευσάμενον, ἔν τε ἱππεῦσιν οὐδὲν ποιήσαντα. Cf. τε nr. 6. c. μὴ non eſt negantis, Απολ. 34. οὔτε μὴ μεμνῆσθαι δύναμαι, οὔτε μεμνημένος μὴ οὐκ ἐπαινεῖν. Reſpondet Latinorum formulae *non poſſum non, non poſſum quin.* Videtur alieno loco poſitum, O. 1, 16. τούτοις οὔτε αἱ ἐπιϛῆμαι χρήματά εἰσιν, οὔτε κτήματα. Scil. videtur prius οὔτε ante χρήμ. ponendum. Semel poſitum videtur ſuſpectum viris doctis, Απ. 1, 2. 47. οὔτε γὰρ αὐτοῖς ἄλλως ἤρεσκεν· εἴ τε προσέλθοιεν. Cum Erneſtius εἴτε mutet in εἰ δὲ, Hindenb. pro οὔτε vult οὐδέ. 2, 6, 19. οὔτε γὰρ τοὺς πονηροὺς ὁρῶ φίλους. Hindenb. vult οὐδέ. Ιπρ. 7, 14. οὐδεμία γὰρ οὔτε καλὴ λεία ὡς αἱ φυλακαί. Steph. videtur recte mutaſſe in οὔτω. Omnino Cf. οὐδὲ et οὐδείς.

οὔτι et οὔτοι, v. οὐ nr. 19. 20.

οὗτος, ¶ 1 *hic.* a) A. 3, 1, 18. μέγα φρονήσας ἐπὶ τούτῳ. Hutch. intelligit αἰτίῳ. 4, 2, 12. ἐκ τούτου τοῦ τόπου. Λ. 13, 3. ἀμφοῖν τούτοιν τοῖν θεοῖν. E. 3, 1, 8. ἐσατράπευε ταύτης τῆς χώρας. All. omittunt ταύτης. Απ. 2, 2, 8. πόσα οἴει — ταύτῃ (matri) δυσχένεκτα — παρασχεῖν. Ern. malebat αὐτῇ. Hindenb. ταύτῃ explicat δεικτικῶς, *eidem.* 2, 5, 4. εἴγε ταῦτα τοιαῦτά ἐϛι. O. 8, 2. πενία αὕτη. Σ. 9, 7. αὕτη τοῦ συμποσίου κατάλυσις ἐγένετο. Π. 2, 1, 12. ὠφελεῖσθαι τοῦτο, ὅτι ἑώρων καὶ οὐκ ἐνῆν πρόφασις. b) Ponitur poſt articulum, Π. 1, 1, 1. τοῖς ὀλίγοις τούτοις. 1, 2, 1. ἡ δὲ Μανδάνη αὕτη. 1, 3, 14. ὁ πάππος οὗτος. E. 3, 1, 8. ἡ Αἰολὶς αὕτη. Απ. 1, 2, 14. τὼ ἄνδρε τούτω. K. 7, 1. Cf. ὁ nr. 12. c.) Saepe poſt ὅς, vt A. 1, 6, 6. ὅ τι δικαιότατον — τοῦτο πράξω. Απ. 2, 6, 8. ὃν ἂν ἡμῖν δοκῇ — οὗτος ἡμῖν θηρατέος. Eſt anacoluthia. Hindenb. malebat ὃς ἂν ἡμ. d) Saepius repetitur in vna periodo, Απ. 2, 2, 13. τούτῳ δίκην ἐπιτίθησι — οὐκ ἐᾷ ἄρχειν τοῦτον — τούτου θύοντος — τούτου πράξαντος. 4, 2, 28. Sic Π. 5, 5, 10. p. 332. εἴ σοι δοκεῖ ταῦτα ἐνθυμεῖσθαι — μὴ ἐν ἐμοὶ ταῦτα etc.

Hoc

Hoc altero loco Zeün. reponit αὐτὰ e coniectura. Sed etiam paulo ante erat: σοὶ μὲν ταῦτα καλὰ, ἐμοὶ δέ γε ἐςὶ ταῦτα ἀτιμίαν φέροντα. e) c. gen. E. 6, 2, 4. εἰς τοῦτο τρυφῆς ἐλθεῖν. f) c. αὐτὸς et ὁ αὐτὸς, A. 7, 3, 2. οὗτος αὐτός. All. ὁ αὐτ. Sic Aπ. 4, 2, 17. pro ταύτην αὖ τὴν ἀπάτην edd. vett. habent ταύτην αὐτὴν ἀπ. Cf. αὐτός. g) c. καὶ, E. 3, 1, 8. Μανία, ἡ τοῦ Ζήνιος γυνὴ, Δαρδανὶς καὶ αὕτη. Sic eſt explicantis, A. 7, 8, 8. Υρκάνιοι καὶ οὗτοι βασιλέως μισθοφόροι, *qui erant regis* etc. it. in reſpondendo affirmantis, Aπ. 4, 4, 20. οὐκοῦν καὶ γονέας τιμᾶν πανταχοῦ νομίζεται; καὶ τοῦτο, ἔφη. h) c. τίς, v. τίς nr. 1. i) Maſculinum refertur ſimul ad femininum, Σ. 4, 57. ἣν ἂν ἢ ὃν ἂν μαςροπεύῃ, ἀρέσκοντα τοῦτον (Weſſ. vult addi ἢ ταύτην) ἀποδεικνύναι. k) Maſcul. ponitur poſt femininum, Π. 5, 4, 18. γυναῖκας ἄγειν καὶ ἀδελφὰς ὡς δεδεμένους τούτοις. Hutch. dicit, Atticum eſſe, vt aliis in locis τὼ γυναῖκε. Cf. ὁ nr. 13. et quos Zeun. ad h. l. laudat p. 511. ¶ l) Neutrum poſt maſculinum, Σ. 4, 43. ἐλευθερίους ὁ τοιοῦτος πλοῦτος παρέχεται. Σωκράτης γὰρ οὗτος, παρ' οὗ ἐγὼ τοῦτο ἐκτησάμην. Leuncl. emendat τοῦτον. Sed Bachio iudice eſt ſyneſis, vt τοῦτο referatur ad aliud generis neutrius vocabulum, quod idem ſignificet quod πλοῦτος. Poſſis etiam τοῦτο ad totum praecedens referre. Zeunius tamen oſtendit, veram et veterum editionum, etiam Stephanianae ſecundae, lectionem eſſe τοῦτον, et in Steph. 1. caſu editum fuiſſe τοῦτο. m) Neutrum poſt et ante femininum, A. 4, 6, 2. τοῦτο δὴ — μόνον διάφορον ἐν τῇ πορείᾳ ἐγένετο, ἡ τοῦ ἡγεμόνος κάκωσις. Aπ. 1, 4, 12. τὰς τῶν ἀφροδισίων ἡδονὰς — ταῦτα παρέχειν. Poſſit etiam ad τὰ ἀφροδίσια referri. n) Ponitur pluralis, vbi poterat eſſe ſingularis, Π. 5, 5, 8. et 9. πρὸς ταῦτα (Margg. vtroque loco τοῦτο) ἐσίγα. A. 7, 6, 10. ἦγον — εἰς τὴν Ἀσίαν. ταῦτα γὰρ βέλτιςα ἐνόμιζον. Aγ. 4, 5. O. 15, 7. ταῦτα γὰρ ἐγὼ ἀκούσας. Mox ſequitur: τοῦτο δὲ εἰδώς. Σ. 2, 19. Iπρ. 7, 15. διώκουσι — νομίζοντες τοῦτο σφίσι προστετάχθαι

θαι. Margg. ταῦτα. 8, 2. οἱ πρὸς ταῦτα ἀμελῶς ἔχοντες. o) Pluralis pro duali, A. 4, 7, 6. Ἀγασίας καὶ Ἀριςώνυμος, καὶ οὗτοι λοχαγοὶ, np. vt Callimachus. p) Pluralis poſt ſingularem, Π. 8, 2, 1. τῷ τε προνοεῖν — καὶ τῷ προπονεῖν, καὶ τῷ συνηδόμενος — Φανερὸς εἶναι, τούτοις ἐπειρᾶτο τὴν Φιλίαν θηρεύειν. vbi tamen eſt poſt plures ſingulares. §. 12. τούτου οὐ πάνυ ἐπιμελουμένους ἑώρα· ἔδοξεν οὖν καὶ ταῦτα ἐκπονῆσαι. A. 7, 7, 21. Αγ. 2, 7. Σ. 4, 50. Sic E. 7, 1, 3. εἴ τι ἀγαθόν ἐςιν ἐν τῇ ἀρχῇ, τούτου μετέχειν. Margg. τούτων. it. ante ſingularem, A. 3, 2, 13. εἰ ταῦτα γιγνώσκετε ὅτι οὕτω κρεῖττον. All. ὅτι κρείττονα. 5, 6, 15. λέγειν περὶ τούτων, ἢ μὴ ἅπτεσθαι τοῦ πράγματος. E. 5, 2, 9. ἀκούσασι ταῦτα. ἄξιον ἔδοξεν ἐπιςροφῆς. Cf. ὃς nr. 1. n. q) Singularis poſt pluralem, Π. 8, 2, 2. διέπεμπε τούτοις — ὅτι οὐχὶ λανθάνοι χαρίζεσθαι βουλόμενος. All. λανθάνοιεν — βουλόμενοι, quod defendit Zeun. Λ. 11, 1. ὅτι εἰς τὰς ςρατείας βέλτιον τῶν ἄλλων ἐμηχανήσατο, ἔςεςι καὶ τούτων ἀκούειν. Morus corrigit βελτίω. Ιερ. 1, 26. Απ. 3, 4, 5. ἐὰν γε ἐν τοῖς πολεμικοῖς — ἐξευρίσκηται — εἰκότως ἂν καὶ τούτου νικηΦόρος εἴη. Reisk. malebat τούτων. Sed Ern. intelligit χρήματος vel πράγματος. K. 1, 1. r) Poterat omitti, Π. 1, 5, 7. p. 52. ὅ τι προσεκτήσαντο — τοῦτο οὐκέτι δύναμαι κατιδεῖν. 4, 1, 2. p. 200. καλέσας ὀνομαςὶ αὐτὸν, ἀνατεταμένος οὗτος τὴν μάχαιραν. Fortaſſe quis malit οὕτω, vt accipiatur δεικτικῶς. 7, 2, 7. ἀπεπειρώμην αὐτοῦ, εἰ δύναιτο ἀληθεύειν. τοῦτο δὲ μὴ ὅτι ὁ θεὸς, ἀλλὰ καὶ ἄνθρωποι — οὐ Φιλοῦσι τοὺς ἀπιςοῦντας. A. 2, 6, 17. 4, 2, 15. καὶ ἀεὶ οὗτοι (all. οὕτως) ἐβοήθουν ἀλλήλοις. 7, 1, 19. Ἑλληνίδα, εἰς ἣν ἤλθομεν πόλιν, ταύτην ἐξαλαπάξομεν. Αγ. 2, 2. Φαρσάλιοι, καὶ πάντες δὲ Θετταλοὶ — ἐκακούργουν οὗτοι ἐΦεπόμενοι. §. 26. Κότυς πολιορκῶν — λύσας καὶ οὗτος (np. vt Autophradates) τὴν πολιορκίαν. §. 27. καὶ Μαύσωλος — συμβαλόμενος καὶ οὗτος χρήματα, vel hic. 5, 1. διμοιρίαν γε μὴν λαμβάνων — οὐχ οὗτος ἀμΦοτέραις ἐχρῆτο. Cod. Harl. οὐχ οὕτως, quod fere placebat Erneſtio. Sed Zeun. defen-

defendit οὗτος, quippe quod dicit eleganter poni post participium, vt 2, 26. it. 4, 4. οἱ προῖκα εὖ πεπονθότες, οὗτοι ἡδέως ὑπηρετοῦσι. it. Σ. 8, 33. οἱ — ἐθιζόμενοι, οὗτοι αἰσχύνονται. etc. E. 5, 1, 32. οὕτως ἡ μετὰ τὸν ὕστερον πόλεμον — αὕτη πρώτη εἰρήνη ἐγένετο. Margg. habent οὑτωσὶ μετὰ, et Morus inclusit αὕτη. 7, 1, 10. οἱ δὲ — ὅσοι περ ἦσαν, οὗτοι ἠκοντίζοντο. Ἱερ. 1, 15. 4, 6. οὐχ ὅταν γένωνται κρείττονες, τοῦτο αὐτοὺς εὐφραίνει, ἀλλ' ὅταν ἧττους, τοῦτο ἀνιᾷ· — οὐχ ὅταν πλείω φαίνηται ἔχων, τότε εὐφραίνεται, ἀλλ' ὅταν ἐλάττω, τούτῳ λυπεῖται. Aπ. 3, 1, 1. ὅτι τοὺς ὀρεγομένους — ὠφέλει, νῦν τοῦτο διηγήσομαι. O. 20, 23. πᾶν κτῆμα — τὸ ἐπὶ βέλτιον ἰὸν τοῦτο καὶ εὐφραίνειν. Iπ. 6, 1. Iπρ. 3, 9. ἣν ὁ ἡγούμενος — περιφέρηται, οὗτος αὐτὸς ἀεὶ ταχὺ ἐλᾷ. Leuncl. et Well. malunt οὕτως. 8, 4. 9, 2. ὀρθῶς γιγνωσκόμενα οὐ φέρει καρπὸν — ἢν μή τις ἐπιμελῆται, ὡς ἂν ταῦτα περαίνηται. §. 3. φημὶ δ' ἐγὼ ταῦτα, τὸ ἱππικὸν ἂν ἐκπληρωθῆναι. Leuncl. expungit ταῦτα. s) Saepe redundat post parenthesin, vt Π. 2, 1, 0. p. 93. κράτους ὃ πάντα — δωρεῖται, τί εἰκὸς ἡμᾶς μᾶλλον ἢ καὶ ὑμᾶς τούτου δεῖσθαι. 2, 2, 15. p. 112. 5, 5, 10. p. 333. A. 2, 2, 10. 2, 5, 2, p. 111. 3, 1, 2. 3, ἐνθυμούμενοι ὅτι — ταῦτα ἐννοούμενοι. 3, 2, 3. Ἀριαῖος — καὶ οὗτος πειρᾶται, etiam hic, np. praeter regem et Tissaphernem. 5, 7, 17. Cf. αὐτὸς et ἐγώ. it. post et ante articulum. v. Morus ad Isocrat. paneg. 2, p. 9. Π. 1, 6, 13. τοῦ γὰρ μὴ κάμνειν, τούτου σοι δεῖ. §. 19. p. 72. p. 74. καὶ τὰ ἄλλα, ἃ ἂν οἰώμεθα — ταῦτα πειρώμεθα. Zeun. intelligebat κατὰ τἄλλα. 2, 1, 5. 4, 1, 6. οἱ μὲν γὰρ κράτιστοι — οὗτοι νέονται. 5, 1, 10. τούτου ἕνεκα, τοῦ μὴ ἐθέλειν. Viris doctis τούτου suspectum est. v. ἕνεκα nr. 1. 5, 4, 12. 5, 5, 1. 7, 5, 26. p. 455. 8, 1, 14. 8, 2, 4. 8, 3, 9. 8, 4, 4. 8, 7, 3 p. 549. A. 5, 6, 1. Aγ. 1, 34. 4, 4. 7, 1. E. 7, 1, 19. Ἱερ. 4, 2. 5. Aπ. 4, 6, 6. Sic διὰ τοῦτο redundat post participium, A. 1, 7, 3. νομίζων ἀμείνονας ὑμᾶς εἶναι, διὰ τοῦτο προσέλαβον. Ἱερ. 4, 6. ¶ 2) Attice dicitur οὑτοσί.

Ammonius p. 106. οὗτος καὶ οὑτοσὶ διαφέρει· τὸ μὲν γὰρ οὑτοσὶ, δεικτικὸν μόνον· τὸ δὲ οὗτος, δεικτικὸν καὶ ἀναφορικόν. — ὁ αὐτὸς λόγος καὶ ἐπὶ τοῦτον καὶ τουτονί. Similia habet Etymol. M. Π. 3, 1, 21. οὑτοσὶ ὁ ἐμὸς πατήρ. 4, 1, 10. 6, 1, 3. Γαδάταν τουτονί. 8, 4, 6. A. 1, 6, 6. περὶ Ὀρόντου τουτουί. 7, 2, 14. 7, 3, 8. 7, 6, 10. E. 2, 3, 17. p. 91. §. 20. 22. 3, 5, 8. p. 181. 5, 2, 21. 7, 3, 6. τουτουσί. Aπ. 4, 2, 3. οὑτοσὶ ἐν ἡλικίᾳ γενόμενος. O. 3, 1. τῶν φίλων τουτωνί. Σ. 2, 19. 4, 62. Neutrum τουτὶ, O. 21, 12. ¶ 3) Ponitur δεικτικῶς, A. 4, 8, 12. οὗτοί εἰσιν, οὓς ὁρᾶτε, μόνοι ἡμῖν ἐμποδών. §. 19. ¶ 4) In contemtum: *iſte.* Π. 1, 3, 10. οὗτος ὁ μιαρώτατος. 4, 6, 2. p. 258. τὸν τοῦ ἐμοῦ παιδὸς φονέα — οὐκ ἄν ποτε τούτῳ δυναίμην εὔνους γενέσθαι, οὐδὲ οὗτός με φίλον ἄν ποτε ἡγήσαιτο. A. 3, 1, 20. ¶ 5) Pro ἐκεῖνος, Λ. 11, 3. στολὴν φοινικίδα καὶ χαλκῆν ἀσπίδα, ταύτην νομίζων ἥκιστα γυναικείᾳ κοινωνεῖν. Scil. ταύτην pertinet ad nomen remotius στολὴν φ. v. Zeun. Sic A. 1, 5, 8. ῥίψαντες τοὺς κάνδυς — ἔχοντες δὲ τούτους τοὺς πολυτελεῖς χιτῶνας, *notas* ſ. *celebres illas.* ¶ 6) Pro τοῖος ſ. τοιοῦτος, Π. 1, 5, 3. πολλὰ γὰρ καὶ ταῦτα ἦν αὐτῷ. Cod. Guelf. et marg. Steph. τοιαῦτα, quod ſane ſic ſaepe legitur, v. c. 4, 5, 3. 1, 6, 6. μέμνημαι ταῦτα ἀκούσας σου. Cod. Bodl. τοιαῦτα. A 4, 1, 19. πολλοῦ ἄξιος τῇ στρατιᾷ εἰς ταῦτα. Cod. Pariſ. τοιαῦτα. E. 4, 8, 14. ταύτης οἵας περ βασιλεὺς ἐπεθύμει. Cf. infra nr. 14. ¶ 7) *idem.* E. 2, 3, 18. p. 96. πάντες ταῦτα ἐγιγνώσκομεν. Morus et Schneiderus cum Stephano dederunt ταὐτά. Sic Π. 1, 6, 8. ταὐτά μοι δοκεῖ ταῦτα. Steph. et Zeun. habent ταυτά μοι δ. ταῦτα. 4, 2, 13. ταῦτα σημαίνειν. Cod. Guelf. τὰ αὐτὰ, Zeun. ταὐτά. §. 15. τὸν Φρύγα ταῦτά φασι ποιῆσαι. Margg. τὰ αὐτὰ ταῦτα. All. vt Zeun. ταυτά. 8, 7, 2. συνέβαινε αὐτῷ ταῦτα. Camerar. Philelph. et Zeun. ταυτὰ, quod ſenſus poſtulat. A. 2, 1, 15. ἡμῖν ταῦτα (all. malunt ταυτὰ), ἅπερ βασιλεῖ. §. 16. Κλέαρχος ταῦτα (all. ταυτὰ) πάλιν ἀπεκρίνατο. 6, 2, 4. ἀμφοῖν ταῦτα ἐδόκει. Leuncl. malit ταυτὰ, probante

bante Hutch. 7, 3, 11. οἱ ἄλλοι κατὰ ταῦτα (Athenaeus habet κατὰ τὰ αὐτὰ) ἐποίουν. E. 7, 1, 28. κατὰ ταῦτα (Aem. Portus coniicit ταυτὰ) ἀποκρινόμεναι. Aπ. 1, 2, 10. μετὰ φιλίας ταῦτα γίγνεται. All. ταυτὰ, probante Ernestio. O. 5, 15. ταῦτα μηχανᾶσθαι. Steph. malebat ταυτά. Σ. 2, 22. ἐκεῖνος ταῦτα (Ernest. malit ταὐτὰ vel ταὐτὸ, *similiter, pari modo*) μιμεῖσθαι ἐπειρᾶτο. Cf. αὐτὸς nr. 6. a. et 16. it. περαίνειν nr. 2. ¶ 8) ταῦτα vertunt a) *hic*. A. 3, 5, 6. πολλὰ ὁρῶ ταῦτα πρόβατα. A Mureto et in addendis Leuncl. coniicitur ἐνταῦθα. Sed ταῦτα commode potest accipi δεικτικῶς. Sic Π. 1, 3, 5. οὐκ ἀχθόμενοι ταῦτα περιπλανώμεθα. Zeun. interpretatur κατὰ vel διὰ ταῦτα, h. e. οὕτως. b) *propterea*. Omittitur enim διά. v. Gregor. de dial. Att. §. 6. Π. 1, 4, 27. ταῦτ' ἄρα καὶ ἐνεώρας μοι. A. 4, 1, 15. Σ. 2, 22. de quo loco v. nr. 7. ¶ 9) καὶ ταῦτα, a) *idque, et quidem*. Π. 2, 2, 5. τοῖς προσποιουμένοις πλουσιωτέροις εἶναι ἢ εἰσι, καὶ ταῦτα φανεροῖς γιγνομένοις ὅτι τοῦ λαβεῖν ἕνεκα ποιοῦσι. 5, 3, 15. p. 296. A. 7, 1, 19. πόλιν οὐδεμίαν ἠθελήσαμεν καταχεῖν, καὶ ταῦτα κρατοῦντες. 7, 6, 24. Ιερ. 7, 8. Aπ. 1, 2, 29. 3, 7, 2. ὀκνεῖν ἐπιμελεῖσθαι, καὶ ταῦτα ὧν ἀνάγκη σοι μετέχειν. Leuncl. *etiam illa*. Scil. intelligitur ἐκείνων. O. 17, 6. Plenius legitur Π. 6, 1, 6. φοβούμενός τε καὶ φρουρῶν. καὶ ταῦτα ἔπραττον τὰ οἰκεῖα δαπανῶν. Cf. Hoogev. ad Viger. 4, 16. Sed dicitur etiam in aliis casibus et generibus, vt A. 2, 5, 3. p. 114. ἀμηχάνων — καὶ τούτων πονηρῶν, *eorumque*. Aγ. 1, 2. τοῖς προγόνοις, καὶ τούτοις οὐκ ἰδιώταις. Ιερ. 2, 2. οἰκίας, καὶ ταύτας κατεσκευασμένας. Aπ. 2, 6, 27. b) *praesertim*. Schol. Aristoph. Plut. 272. 803. interpretatur καὶ μάλιστα. Π. 2, 2, 9. γελᾶν ἀναπείθων. καὶ ταῦτ', ἔφη, οὕτω πολέμιον ὄντα τῷ γέλωτι. A. 1, 4, 12. τοῖς ἀναβᾶσιν, καὶ ταῦτα οὐκ ἰόντων. Aγ. 2, 28. Aπ. 2, 3, 1. O. 11, 3. c) *tametsi*. Π. 2, 3, 5. p. 118. A. 2, 4, 8. Μένωνα οὐκ ἐζήτει, καὶ ταῦτα παρὰ Ἀριαίου ὤν, τοῦ Μένωνος ξένου. 6, 2, 6. Aγ. 1, 38. 2, 24. Aπ. 1, 4, 8. Cf. καὶ nr. 31. de formula

καὶ

καὶ οὗτος, καὶ αὕτη etc. ¶ 10) ταύτῃ, a) *hac via, hac parte.* A. 1, 10, 4. βασιλεὺς προσιὼν — ὄπιθεν, καὶ οἱ Ἕλληνες παρασκευάζονται ὡς ταύτῃ — δεξόμενοι. ὁ δὲ βασιλεὺς ταύτῃ οὐκ ἦγεν — ταύτῃ καὶ ἀπήγαγεν. 4, 2, 3. 4, 3, 15. 4, 6, 10. 14. 4, 8, 10. 5, 5, 10. Αγ. 2, 18. c. fubst. Π. 7, 1, 11. κατὰ τὸ πλευρὸν προϊὼν, καὶ κατὰ τὸν ἄρχοντα τῶν ταύτῃ ἁρμάτων. Plena formula est A. 4, 2, 2. ταύτῃ τῇ ὁδῷ, np. qua hostes venturi essent. ¶ b) *hoc loco.* Ιπ. 12, 6. τοῦ θώρακος τὸ κωλύον ταύτῃ ἀφαιρετέον. Sic A. 4, 5, 24. ἦσαν οἱ ταύτῃ ἵπποι μείονες τῶν Περσικῶν, *qui in hac regione erant.* E. 3, 2, 10. οἱ ταύτῃ Ἕλληνες. ¶ c) *hoc in genere, in eo.* Π. 8, 8, 3. ἀθεμιστότεροι — ἢ πρόσθεν ταύτῃ γεγένηνται. §. 4. Απ. 3, 5, 2. 4, 3, 12. εἰ (Reisk. malebat ἢ) ἀδυνατοῦμεν προνοεῖσθαι — ταύτῃ αὐτοὺς ἡμῖν συνεργεῖν. Margg. ταῦτα, i. e. *ideo*, et ταύτην, quod est nihili. ¶ d) *propterea.* A. 2, 6, 5. πολεμικὸς ταύτῃ ἐδόκει εἶναι, ὅτι — ἦν. Απ. 1, 7, 3. εἰ μὴ δύναιτο πείθειν, ταύτῃ λυπηρόν. Reisk. coniicit πάνυ. O. 18, 10. Σ. 4, 17. c. ἐπὶ, E. 5, 1, 13. Τελευτίαν αὖ ἐπὶ ταύτῃ ἐκπέμπουσιν ἐπὶ τὰς ναῦς. Well. omittit ἐπὶ ante ταύτῃ, et Morus vtrumque deleri iubet. Sed defendit vterque Portus, ita vt intelligatur προφάσει vel simile. ¶ e) *hactenus, quod ad hoc attinet, in dieser Rücksicht.* Ιερ. 7, 12. ταύτῃ ἀθλιώτατόν ἐστιν ἡ τυραννίς. ¶ f) *sic, hac ratione.* Hesych: ταύτῃ· οὕτως, τούτῳ τῷ τρόπῳ. A. 3, 2, 21. εἴ τίς τι εἶδε τῶν ἄλλων βέλτιον ἢ ταύτῃ, τολμάτω διδάσκειν. 7, 4, 18. οἱ μὲν οὖν ταύτῃ πάντες προσωμολόγουν, *in has conditiones.* Sed Leuncl. et Hutch. intelligunt de omnibus eius loci Thracibus. Αγ. 1, 3. E. 7, 1, 2. p. 436. O. 21, 4. Ιπ. 1, 4. ἐπεὶ δὲ ἠρξάμεθα ἐντεῦθεν, ταύτῃ καὶ ἀποβησόμεθα, *similiter.* Sic post ὅπῃ, Π. 8, 3, 1. ὅπῃ ἂν κάλλιστον — ταύτῃ ἕκαστα δεῖ κατεστῆσθαι. ¶ 11) ἀπὸ τούτου, v. ἀπὸ nr. 2. a. ¶ 12) ἐκ τούτου et ἐκ τούτων, a) *ex his.* Απ. 2, 7, 9. ἐκ τούτων κίνδυνος, μείζω ἀπέχθειαν γίγνεσθαι. O. 2, 1. Κριτόβουλος ἐκ τούτων ὧδέ πως εἶπεν, *his disputatione positis.* 4, 12. Sic

A. 3,

A. 3, 3, 4. ἐκ τούτου ἐπειρᾶτο Μιθραδάτης διδάσκειν, *his dictis.* ¶ b) *ideo.* A. 3, 3, 4. ἐκ τούτου ἐδόκει τοῖς ϛρατηγοῖς. 7, 6, 9. ἐκ τούτων Ξενοφῶν accuſatus ἔλεξεν. §. 11. Πο. 1, 1. E. 1, 1, 22. 3, 5, 15. 5, 4, 11. Sic A. 2, 5, 5. ἐκ τούτων δὴ τῶν λόγων. ¶ c) *tum.* A. 7, 4, 3. cum Seuthes hoſtes minis iusſiſſet e montibus deſcendere, ἐκ τούτων κατέβαινον. All. ἐκ τούτου, quod praefert Hutch. E. 3, 1, 4. ἐπεὶ συνέμιξαν, ἐκ τούτου ἤδη ἀντετάττετο. 4, 4, 4. Plene legitur Π. 1, 3, 1. ἐκ τούτου τοῦ χρόνου. ¶ d) *exinde, ex illo tempore.* Aπ. 3, 5, 4. ἀφ' οὗ ἥ τε σὺν Τολμίδῃ — συμφορὰ ἐγένετο, καὶ ἡ μεθ' Ἱπποκράτους — ἐκ τούτων τεταπείνωται. Marg. Leuncl. ἐκ τούτου. Sed poteſt etiam referri ad vtramque συμφορὰν, vt dicit Fr. Portus. ¶ e) *poſtea.* E. 5, 4, 40. ἀναϛρέφοντες ἐκ τούτου, ἀπέθανον αὐτῶν δώδεκα. Steph. malebat ἐκ τοσούτου, *tanto tempore poſt.* Sine cauſa. Cf. ἐκ nr. 11. ¶ 13) ἐν τούτῳ, *tum, interea.* v. ἐν nr. 14. ¶ 14) ἐν τούτῳ ἐσμὲν, Π. 4, 2, 12. p. 216. Aem. Portus in indice in v. ἔλλειψις intelligi iubet χωρίῳ. Sed Hutch. explicat melius: *haec rerum noſtrarum eſt conditio,* vt intelligatur καιρῷ, quod diſerte additum extat A. 3, 1, 30. ἐν τοιούτῳ καιρῷ ἐσμεν. Etiam in loco Π. Zeunius e Cod. Guelf. et Philelph. habet τοιούτῳ. ¶ 15) ἐν τούτοις ἦν, *haec agebat.* Eſt formula connectendi. E. 4, 2, 1. Ἀγησίλαος μὲν δὴ ἐν τούτοις ἦν. οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι etc. 4, 8, 7. τὸν μὲν χειμῶνα ἐν τούτοις ὄντες διῆγον, ἅμα δὲ etc. Cf. εἶναι nr. 29. e. ¶ 16) ἐπὶ τούτοις, v. ἐπί. ¶ 17) κατὰ ταῦτα et κατὰ ταῦτα τὰ χωρία, it. κατὰ τοῦτο, v. γίγνεσθαι nr. 15. et κατὰ c. acc. nr. 4. ¶ 18) πρὸς τούτοις, v. πρός. ¶ 19) Permutatur cum αὐτὸς, Π. 8, 1, 12. ἐνεργοὺς αὕτη μάλιϛα ἀπεργάζεται. Edd. vett. αὐτὴ, probante Zeunio. Cf. nr. 7. et αὐτὸς nr. 1. e. et nr. 16. a. it. cum οὕτω, Aπ. 3, 5, 16. πότε δὲ οὗτοι πείσονται. Viri docti emendant οὕτω, quia ſic eſt in praecedentibus et ſequentibus. Cf. nr. 1. r. et οὕτω nr. 9. it. c. οὗτοι. v. οὐ nr. 20. it. c. τοσοῦτος. v. τοσοῦτος nr. 1. it. c.

c. τότε. v. τότε nr. 4. it. ταῦτα c. τὰ δέοντα. v. δεῖ nr. 6. it. τούτου c. τοῦδε. v. ὁ nr. 42. c.

οὑτοσὶ, v. οὗτος nr. 2.

τὸν — καλόν. De taedio amoris, Σ. 8, 15. ἔνεστι κόρος, ὥστε ἅπερ πρὸς τὰ σιτία διὰ πλησμονὴν, ταῦτα καὶ πρὸς τὰ παιδικὰ πάσχειν. ¶ 4) *affici beneficiis aliisue commodis*, vel *iniuria aliisque malis*, quod Latine quoque vocatur *pati*. (v. Gronov. Obſ. 1, 14.) c. adiect. A. 2, 5, 2. p. 109. πρὶν παθεῖν, ἐποίησαν ἀνήκεστα κακά. 7, 1, 16. E. 3, 5, 14. οὐκ ἐλάττω κακὰ πεπονθέναι in proelio, ἢ πεποιηκέναι. 4, 5, 16. ποιοῦντες καὶ πάσχοντες τὰ ὅμοια. Ιπρ. 8, 10. πολλάκις ἔπαθον, ἃ ᾤοντο ποιήσειν. Απ. 2, 2, 3. μείζω ἀγαθὰ παθών. 4, 2, 26. πλεῖστα ἀγαθὰ πάσχουσιν — πλεῖστα κακά. c. ὑπὸ, Π. 4, 1, 5. ἥττηνται καὶ πολλὰ κακὰ ὑφ' ἡμῶν πεπόνθασιν. 4. 2, 2. οἷα πάσχουσι ὑπὸ τῶν Ἀσσυρίων, *quam crudeliter regantur*. 4, 3, 3. p. 228. 4, 6, 2. p. 258. πολλὰ φιλικὰ ἔπαθον ὑπ' ἐκείνου. 5, 2, 12. πολλὰ κακὰ πεπόνθασιν ὑπὸ τοῦ Ἀσσυρίου. 5, 3, 15. πρὶν καὶ ὁτιοῦν ἀγαθὸν ὑφ' ἡμῶν παθεῖν — μηδὲν ὑπ' ἐκείνου κακὸν πείσονται. 5, 5, 10. p. 332. A. 5, 5, 7. ὑφ' ὑμῶν ἀγαθόν τι πάσχειν, κακὸν δὲ μηδέν. 7, 3, 9. μείζω ὑπὸ τούτου ἀγαθὰ πείσῃ. c. aduerb. Π. 1, 6, 19. p. 84. φίλοις χρῆσθαι καὶ εὖ ποιεῖν καὶ εὖ πάσχειν. 7, 1, 21. A. 7, 3, 19. 7, 7, 4. Αγ. 4, 4. οἱ προῖκα εὖ πεπονθότες — ὑπηρετοῦσι τῷ εὐεργέτῃ, διότι εὖ ἔπαθον. 11, 3. κακῶς πάσχων. Oppon. εὐεργετούμενος. Πο. 5, 7. εὖ πάσχειν dicuntur, qui paulo ante εὐεργετούμενοι. E. 3, 2, 10. κακῶς πάσχει Καρία, *vaſtatur*. 4, 5, 16. κακῶς ἔπασχον. §. 17. ἔπασχον μὲν κακῶς, ποιεῖν δὲ οὐδὲν ἐδύναντο. 6, 5, 38. p. 432. ὧν (i. e. ἐκείνων ἃ) εὖ ἐπάθετε, μνησθείητε. O. 13, 6. εὖ πάσχειν. §. 7. eſt: τῶν ἡδέων τι αὐτοῖς γίγνεσθαι. 14, 8. Σ. 4, 30. Ιπρ. 5, 3. K. 12, 9. τὴν πόλιν ἀδικουμένην — τὴν χώραν πάσχουσαν κακῶς. 13, 10. οἱ κακοὶ πάσχουσι κακῶς, *calamitatibus premuntur*. c. ὑπὸ, Π. 5, 4, 6. οὔτε μὴν εὖ πεπονθὼς ὑπ' ἐμοῦ. 5, 5, 4. οἱ ἐμοὶ δοῦλοι ἰσχυρότεροι ἐμοῦ — ὥστε δύνασθαι ποιῆσαι μᾶλλον ἐμὲ κακῶς, ἢ παθεῖν ὑπ' ἐμοῦ. A. 1, 3, 4. εὖ ἔπαθον ὑπ' ἐκείνου. 5, 2, 2. Αγ. 4, 1. Απ. 2, 2, 5. In quo toto capite ſaepe legitur εὖ πάσχειν. Cf. ἀνήκεστος, ἀντιποιεῖν, κακὸς, κακῶς, ποιεῖν. Simpliciter

pliciter dictum, accipi solet in malam partem, vt A. 1, 9, 5. μηδὲν ἂν παρὰ τὰς σπονδὰς παθεῖν, *se nulla iniuria affectum iri.* ¶ 5) *experiri.* πάσχω, *accidit mihi.* Π. 2, 3, 8. ἠρώτα, τί πάθοιεν· οἱ δ' ἔλεγον ὅτι πληγεῖεν ταῖς βώλοις. 4, 1, 8. p. 205. ὁρᾶτε μὴ πάθωμεν ἅπερ πολλοὺς λέγουσιν ἐν θαλάττῃ πεπονθέναι. 4, 6, 2. p. 257. ὁ μὲν ἥμαρτεν (τοῦ λέοντος), οὐδὲν θαυμαστὸν παθών. 8, 7, 3. p. 543. 551. A. 3, 1, 12. τί οἰόμεθα πείσεσθαι — τί ἂν οἰόμεθα παθεῖν. 3, 4, 12. τοὺς ταῦτα πάσχοντας, *quorum ordines in itinere perturbantur.* §. 17. E. 4, 1, 11. 4, 4, 5. ὑπισχνοῦντο μηδὲν χαλεπὸν αὐτοὺς πείσεσθαι. 4, 6, 9. ταῦτα πάσχοντας, *cum ab hostibus premerentur.* 4, 8, 6. Απ. 1, 3, 11. τί οἴει παθεῖν καλὸν φιλήσας. 2, 1, 5. ταυτὰ πάσχειν τοῖς ἀφρονεστάτοις τῶν θηρίων dicuntur homines, qui Venerea cupiditate abrepti grauissima pericula adeunt. 3, 9, 8. τοῦτο φρονίμῳ οὐκ ἂν συμβῆναι, τοὺς ἠλιθίους δὲ πάσχειν αὐτό. 3, 12, 7. διὰ τὴν τοῦ σώματος καχεξίαν τοιοῦτόν τι παθεῖν. §. 4. erat συμβαίνει. Σ. 2, 25. τῶν ἀνδρῶν σώματα ταυτὰ (all. ταῦτα) πάσχειν, ἅπερ καὶ τὰ τῶν ἐν γῇ φυομένων. 4, 37. auari ὅμοιά μοι δοκοῦσι πάσχειν ὥσπερ εἴ τις — μηδέποτε ἐμπίπλαιτο. K. 5, 12. Opponitur ποιεῖν, ita vt παρονομασία siue potius παρόμοιον existat, Π. 7, 3, 3. οὐ τοῦτο ἐνενόει ὅ τι πείσοιτο, ἀλλὰ τί ἂν σοι ποιήσας χαρίσαιτο. A. 3, 1, 29. Dicitur etiam de rebus vitae expertibus, Π. 8, 2, 5. τὸ αὐτὸ τοῦτο πέπονθε καὶ τὰ ἀμφὶ τὴν δίαιταν, *hoc ipsum et in victu accidit.* ¶ 6) πάσχειν τι, in qua formula saepe inest euphemismus, (v. Valckenar. ad Herodot. 8, 21.) significat ¶ a) *rem male gerere in bello et pugna, vinci, capi, interfici,* etc. Π. 1, 4, 22. μὴ ἀτάκτως ἐμπεσόντες πάθοιέν τι. 2, 1, 2. p. 89. εἴ τι πείσονται οἱ Μῆδοι, *tristem belli euentum experiantur.* §. 4. 4, 5, 15. p. 252. 5, 4, 1. A. 5, 3, 7. ἦν μὲν αὐτὸς σωθῇ — εἰ δέ τι πάθοι. E. 1, 6, 4. 7, 5, 22. πεισομένοις τι μᾶλλον ἢ ποιήσουσιν ἐῴκεσαν. Ιπ. 12, 8. ἤν τι πάσχῃ ὁ ἵππος. Sic c. μηδὲν, Π. 3, 3, 17. ἐν ἀσφαλεῖ εἰσι τοῦ μηδὲν παθεῖν. Αθ. 2, 14. In his omni-

omnibus omissum est κακὸν, quod apparet ex Ἱερ. 2, 13. ἄν τι πάθωσι κακὸν ἡττηθέντες. Cf. nr. 4. ¶ b) *vulnerari.* A. 1, 8, 14. οὐδὲν οὐδὲ τοῦτον παθεῖν ἔφασαν, οὐδὲ ἄλλος δὲ – ἐν ταύτῃ τῇ μάχῃ ἔπαθεν οὐδεὶς οὐδὲν, πλὴν — τοξευθῆναί τις ἐλέγετο. 1, 9, 4. 3, 4, 1. 6, 1, 3. ἐξέφερον ὡς τεθνεῶτα. ἦν δὲ οὐδὲν πεπονθώς. K. 10, 22. εἰ γάρ τι καὶ πάσχοι ab apro, οὐκ ἄν γε διὰ τὸ ὀρθῶς ποιεῖν πάσχοι. ¶ c) *verberari.* A. 5, 8, 7. εἴ τι ὑπ' ἐμοῦ ἔπαθον — τί μέγα οὕτως ἔπαθον. Plenius dicitur Ἱπ. 6, 15. οἱ ἵπποι ὅταν τι χαλεπὸν πάσχωσι. ¶ d) *mori.* A. 7, 2, 8. Ξενοφῶν — αὐτοῦ τι πείσεται, ἢ καὶ Φαρναβάζῳ παραδοθήσεται. ¶ e) *laedi, damnum facere.* Π. 1, 6, 10. ἔθνος φοβούμενον μή τι πάθῃ. E. 4, 2, 7. πάσχοντας οὐδὲν, *a vespis non pungi.* Antea est τύπτεσθαι. Ἱερ. 7, 10. 11, 11. Σ. 2, 11. ἐφοβοῦντο μή τι πάθῃ mulier praecipitem se in gladios dans. Ἱπ. 6, 2. 12, 5. χεὶρ ἤν τι πάθῃ. ¶ f) *male tractari.* Π. 8, 1, 16. οὐχ ὑπὸ τῶν κατεστραφέντων κίνδυνος παθεῖν τι — ὑπὸ τούτων κίνδυνος ἦν αὐτοῖς μάλιστα παθεῖν τι, *ne quid in eum molirentur, ne manus ei inferrent.* ¶ 7) *fortuna aliqua uti.* A. 7, 1, 18. τί οἰόμεθα παθεῖν; 7, 4, 1. οἷα πείσονται, ἂν μὴ πείθωνται. §. 8. μηδὲν αὐτοὺς κακὸν πείσεσθαι πειθομένους Σεύθῃ. Sic Π. 5, 4, 10. p. 313. οὐδέν τι διάφορον πάσχει, ἢ εἰ μόνος ἐστρατεύετο, *non alia est eius conditio.* E. 3, 5, 8. p. 183. ¶ 8) *tractari.* Π. 5, 4, 12. κακῶς πείσονται, ἂν μὴ αὐτὸς αἰεὶ παρῇ. E. 2, 3, 24. 4, 6, 1. 6, 2, 2. Ἱπ. 6, 8. Ἱππ. 7, 5. ¶ 9) *poenam dare, puniri, supplicio affici.* Π. 3, 1, 13. ὅγε σὸς πατὴρ πέπονθε οὐδ' ὁτιοῦν οὔπω κακόν. A. 5, 1, 9. οὗτος δίκαια ἔπαθεν. E. 2, 1, 22. 2, 2, 2. 7, 3, 8. Ἀπ. 2, 1, 5. ἃ ὁ νόμος ἀπειλεῖ, παθεῖν. 4, 4, 22. c. ὑπὸ, Π. 6, 1, 19. τῷ φόβῳ μή τι καὶ πάθῃ ὑπὸ Κύρου. §. 20. §. 21. p. 354. 5, 3. 15. Ἱερ. 7, 8. Cf. ἀποτίειν. ¶ 10) εὖ πάσχειν, *diligenter cultum esse.* O. 20, 14. ἡ γῆ εὖ πάσχουσα εὖ ποιεῖ. ¶ 11) *facere.* Schol. Aristoph. nubb. 234. τὸ πάσχειν οὐ μόνον ἐπὶ τῶν πασχόντων τι λέγεται, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ποιούντων. καὶ γὰρ οἱ ποιοῦντες τρόπον

τινὰ καὶ αὐτοὶ πάσχουσι πάθος, αὐτὸ τὸ ποιεῖν. Cf. Schol. Eurip. Hecub. 614. et 1021. Barnes. ad Eurip. Orest. 537. et Suppl. 257. Valckenar. ad Eurip. Phoeniss. 902. Spanhem. et Kuster. ad Aristoph. l. l. et Plut. 603. Gataker. aduersarr. 13. p. 131. Reitz ad Lucian. T. II. p. 73. et p. 918. Π. 1, 6, 19. p. 78. πολλὰ τούτων ἀνάγκη ἐστὶ καὶ ὑμᾶς καὶ τοὺς πολεμίους πάσχειν (Margg. παρασχεῖν), σιτοποιεῖσθαι — κοιμᾶσθαι — ἀποχωρεῖν. Απ. 1, 2, 30. de eo, qui amore alterius captus vult προσκυνᾶσθαι, dicitur, ὅτι ὑϊκὸν (all. τι ὑϊκὸν, all. οἱ ὑϊκὸν) δοκοίη πάσχειν. Leuncl. tamen vertit *accidisse suinum quiddam*. K. 5, 29. εἰ ἔφυγεν ὄρθιον, ὀλιγάκις ἂν ἔπασχε τοῦτο, *errore faceret, in rete incideret*. Επ. 2, 1. ἴσον πεπόνθασι τοῖς ἱπποτροφοῦσι. ¶ 12) *committere damnum*. Π. 1, 5, 7. p. 53. qui rem a se bene inceptam deinde negligunt, ὅμοιον ἔμοιγε δοκοῦσι πεπονθέναι, οἷον εἴ τις etc. p. 54. μὴ πάθωμεν ταῦτα. ¶ 13) K. 12, 15. οἱ πάσχοντες αὐτοὺς (all. αὐτοὺς) ἐπὶ τὸ ἀεί τι μοχθεῖν τε καὶ διδάσκεσθαι. Coniiciunt viri docti παρέχοντες vel παρασχόντες. Oppon. οἱ μὴ θέλοντες διὰ τὸ ἐπίπονον διδάσκεσθαι. Zeun. recepit παρασχόντες.

Παταγύας, *Patagyas*, Persa, vnus e Cyri minoris amicis. A. 1, 8, 1. Sed varie scribitur nomen in libris.

πατάσσειν, ¶ 1) *percutere, ferire*. Hesych: πατάσσει· πλήσσει. A. 4, 8, 18. παῖδα κατακτανὼν ξυήλῃ πατάξας. 7, 8, 8. ἐπάταξε βουπόρῳ τις ὀβελίσκῳ διαμπερὲς τὸν μηρόν. Ιπ. 7, 5. ἀκοντίσαι καὶ πατάξαι gladio ἀπὸ τοῦ ἵππου. 12, 6. ¶ 2) *verberare*. Αθ. 1, 9. 10. πατάξαι δοῦλον. E. 6, 2, 10. imperator τὸν μὲν βακτηρίᾳ, τὸν δὲ σύρακι ἐπάταξεν.

πατεῖν, *conculcare, conterere*. Π. 7, 1, 18. πεπτωκὼς ὑπὸ τῷ ἵππῳ καὶ πατούμενος. O. 18, 4. ὑποζύγια — πατεῖν τὸν σῖτον ἐλκυνόμενα. K. 10, 13. 18.

πατὴρ, ¶ 1) *pater*. Π. 3, 1, 10. ὁ σὸς πατήρ. §. 12. ὁ σὸς πατὴρ — ὁ ἐμὸς πατήρ. §. 13. 14. 16. 21. ὁ ἐμὸς πατήρ. O. 20, 25. 28. Saepe omittitur pronomen, vt Π. 3, 1, 9. τοῦ πατρὸς mei — τὸν πατέρα tuum. §. 11. τοῦ πατρὸς tui. §. 17. et 19. ὁ πατὴρ meus.

meus. §. 21. τῷ πατρὶ tuo. §. 22. 24. 3, 3, 9. extr. ὁ πατὴρ meus. 6, 1, 3. τῷ πατρὶ tuo. 8, 7, 1. ὁ πατὴρ eius. A. 7, 1, 19. τοῖς πατράσι nostris. Cod. Paris. πατρίσι. Quae lectio ferri et ipsa potest. O. 20, 21. ὁ πατὴρ meus. §. 26. ὁ πατὴς tuus. §. 27. τὸν πατέρα tuum. Auus E. 6, 3, 4. dicitur πατρὸς πατήρ. K. 1, 4. Ζεὺς καὶ Χείρων ἀδελφοὶ, πατρὸς τοῦ αὐτοῦ. Intell. ἦσαν, *eodem patre nati erant.* Cf. γίγνεσθαι nr. 4. c. ¶ 2) πατὴρ ἀγαθὸς describitur, et cum eo bonus ac beneficus princeps comparatur, Π. 8, 1, 1. Sic Cyrus Π. 8, 1, 15. πατὴρ nominatur a seruis suis, et 8, 2, 6. a ciuibus πατὴρ καλούμενος — τοῦτο δὲ τοὔνομα εὐεργετοῦντός ἐστιν. A. 7, 6, 27. Xenophon dicit ad Graecos: ὅτε ἐν ἀπόροις ἦμεν — πατέρα ἐμὲ ἐκαλεῖτε, καὶ ἀεὶ ὡς εὐεργέτου μεμνῆσθαι ὑπισχνεῖσθε. Cf. δεσπότης. ¶ 3) In var. lect. permutatur c. πρῶτος. v. πρῶτος nr. 14.

Πατησιάδας, *Patesiadas*, Ephorus anni decimi sexti belli Peloponnesiaci. E. 2, 3, 7.

πατρικὸς, *paternus.* E. 6, 5, 4. Ἀγησίλαος — ἐδόκει πατρικὸς αὐτοῖς φίλος εἶναι. Cf. πατρῷος.

πάτριος, ¶ 1) *patrius, ad patriam pertinens, a patria constitutus.* v. πατρῷος. A. 7, 8, 3. ὡλοκαύτει χοίρους τῷ πατρίῳ (Cod. Eton. πατρῴῳ) νόμῳ. Πο. 6, 1. ἱερεῦσι — καὶ ἱππεῦσι τὰ πάτρια stipendia ἀποδώσομεν. E. 2, 3, 2. ἄνδρας οἳ τοὺς πατρίους νόμους ξυγγράψουσι. 3, 4, 2. τὰς πατρίους πολιτείας. 6, 5, 6. ¶ 2) *legibus et institutis patriae conueniens.* Π. 8, 7, 1. τοῦ χοροῦ ἡγήσατο κατὰ τὰ πάτρια, *more et ritu patriae.* E. 7, 1, 2. p. 436. πάτριον ὑμῖν ἐστι ναυτικὸν ἐπικτᾶσθαι. ¶ 3) i. q. πατρῷος, *a patre et maioribus traditus, acceptus, institutus.* Π. 1, 1, 4. τῶν πατρίους ἀρχὰς παρειληφότων. Margg. πατρῴους. Steph. suspicabatur πατρῴας. A. 3, 2, 10. σὺν τῷ πατρίῳ φρονήματι, *maioribus digno.* All. habent πατρῴῳ. 5, 4, 16. θησαυροὺς ἄρτων πατρίους, *a maioribus institutos.* v. Zeun. Leuncl. *more patrio congestos.*

πατρὶς, *patria.* Π. 1, 2, 7. ἀμελῶς ἔχειν περὶ πατρίδα. A. 3, 1, 4. Κύρῳ, ὃν αὐτὸς ἔφη κρείττω ἑαυτῷ νομίζειν τῆς πατρίδος. E. 2,

2, 4, 10. p. 111. 3, 1, 25. ἐν τῇ πατρίδι τῇ σαυτοῦ. 4, 2, 1. 2. Tribuitur αὐτόχθοσι, E. 7, 1, 12. Ἀρκάδας — ὡς μόνοις αὐτοῖς Πελοπόννησος πατρὶς εἴη Eleganter A. 1, 3, 6. Clearchus ad milites: νομίζω ὑμᾶς ἐμοὶ εἶναι πατρίδα καὶ φίλους. Saepe reperitur pluralis, vt A. 3, 1, 3. πατρίδων. Πο. 5, 10. τὰς ἑαυτῶν πατρίδας. E. 4, 1, 15. ταῖς πατρίσι. Ιερ. 4, 3. αἱ πατρίδες. §. 4. 5, 4. Aπ. 2, 1, 14. O. 4, 3. In var. lect. eſt πατρίσι pro πατράσι. v. πατὴρ nr. 1.

πατριώτης, *indigena.* Proprie Graeci, qui ſunt eiusdem ciuitatis, πολῖται vocantur, barbari autem πατριῶται. Pollux 3, 54. οἱ βάρβαροι ἀλλήλους οὐ πολίτας, ἀλλὰ πατριώτας λέγοιεν. Phauorinus Atticam nominat formam πατριώτης, cum reliqui Graeci dicant συμπατριώτης. Cf. Heſych. et Graev. ad Lucian. ſoloeciſt. T. III. p. 563. Π. 2, 2, 5. μηδὲ — ὅπως ἐκ τῶν πολιτῶν ἀντιπληρώσετε τὰς τάξεις· ἀλλ' ὥσπερ ἵππους, οἳ ἂν ἄριστοι ὦσιν, οὐχ οἳ ἂν πατριῶται. Ammonius in v. πολίτης· πατριώτης, ὁ ἐκ τῆς αὐτῆς χώρας.

πατρόθεν, *patris nomine addito.* O. 7, 3. ὀνομάζοντές με Ἰσχόμαχον, πατρόθεν προσκαλοῦνται, v. c. Ἰσχόμαχον Φιλοστράτου, inquit Brodaeus.

Πατροκλῆς, *Patrocles.* E. 6, 5, 38. Πατροκλῆς Φλιάσιος εἶπε. Margg. Προκλῆς. Ex hac Patroclis oratione Ariſtidem in oratione Leuctrica ſua ſumſiſſe coniicit Iebb. in notis p. 566. Idem Patrocles aliam orationem habet Athenis E. 7, 1, 1. ſq. vbi itidem alii habent Προκλῆς. Sed male legi Προκλῆς, et hunc errorem ex ſcribendi compendio ortum eſſe, contendit Montfaucon in Palaeographia Graeca p. 342.

Πάτροκλος, *Patroclus.* Σ. 8, 31. amatur ab Achille.

πατρῷος, ¶ 1) *paternus, hereditarius, a parentibus ad filios, a maioribus ad poſteros veniens.* Ammonius: πατρῷα, τὰ ἐκ πατέρων εἰς υἱοὺς χωροῦντα, πατρικοὶ δὲ οἱ φίλοι καὶ ξένοι, πάτρια δὲ τὰ τῆς πόλεως ἤθη. Fere eadem Thomas Magiſter tradit. Moſchopulus: πάτρια ἔθη τὰ τῆς πόλεως, πατρικὸς φίλος, καὶ πατρῷος κλῆρος. Suidas: πατρῷα λέγουσιν οἱ ῥήτορες,

ὅταν αὐτοῖς ὁ λόγος ᾖ περὶ χρημάτων ἢ τόπων. — πάτρια δὲ λέγουσι τὰ ἔθη καὶ τὰ νόμιμα καὶ τὰ μυστήρια καὶ τὰς ἑορτάς. — πατρικὸν δὲ, ὅταν περὶ προσώπου ποιῶνται τὸν λόγον. Cf. Interpp. ad Lucian. T. III. p. 561. A. 1, 7, 6. Cyrus dicit: ἐστι μὲν ἡμῖν ἡ ἀρχὴ ἡ πατρῴα πρὸς μεσημβρίαν, *a patre acceptum.* 3, 1. 9. πεσεῖν εἰς τὴν πατρῴαν οἰκίαν. 7, 2, 18. τὴν ἐμαυτοῦ πατρῴαν χώραν, *quam pater meus amisit.* 7, 3, 15. E. 3, 1, 23. ἀπεγέγραπτο τὰ πατρῷα. (§. 22. erat: πατήρ σε ἄρχοντα τοῦ οἴκου κατέλιπε.) §. 25. 6, 3, 4. τὴν προξενίαν πατρῴαν — παρεδίδου τῷ γένει. 7, 5, 16. ἀνασώσασθαι τὴν πατρῴαν δόξαν. Aπ. 3, 5, 8. §. 22. πολλὰ οἶμαι τῶν πατρῴων στρατηγημάτων παρειληφότα διασώζειν, *patris tui.* 3, 6, 2. ¶ 2) θεοὶ πατρῷοι funt vel *dii domestici, penates priuati*, K. 1, 15. Αἰνείας σώσας τοὺς πατρῴους καὶ μητρῴους θεούς. Cf. μητρῷος. vel *dii patrii, penates publici*, *qui ab vniuersa aliqua ciuitate coluntur ex institutis maiorum.* Nam nomina πατρῷος et πάτριος faepe inter fe permutantur. Pollux 3, 10. ἡ διὰ πατέρων κτῆσις, πατρῴα, πατρικὴ, πάτριος, προγονικὴ, καὶ ἱερὰ πατρῷα καὶ πάτρια καὶ προγονικά. Π. 1, 6, 1. Ἑστίᾳ πατρῴᾳ καὶ Διὶ πατρῴῳ, καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς Perfarum. Nam Athenienfes non habebant Δία πατρῷον, vt docent haec verba Platonis in Euthydemo T. I. p. 302. C. D. ed. Steph. Ἀθηναίοις οὐκ ἐστι Ζεὺς ὁ πατρῷος; οὐκ ἐστιν, ἦν δ' ἐγὼ, αὕτη ἡ ἐπωνυμία Ἰώνων οὐδενὶ, οὐδ' ὅσοι ἐκ τῆσδε πόλεως ἀπῳκισμένοι εἰσὶν, οὐδ' ἡμῖν· ἀλλὰ Ἀπόλλων πατρῷος, διὰ τὴν τοῦ Ἴωνος γένεσιν. Ζεὺς δ' ἡμῖν πατρῷος μὲν οὐ καλεῖται, ἕρκειος δὲ καὶ φράτριος. Cf. Grammii hift. deorum p. 11 — 20. et interpp. ad Hefych. in v. πατρῷος. it. Ἑστία nr. 1. et Ζεὺς nr. 2. b. Π. 8, 7. 3. p. 547. Cyrus filios fuos obfecrat πρὸς θεῶν πατρῴων. Cf. θεός. ¶ 3) In var. lect. faepe permutatur c. πάτριος. v. ibi.

παύειν, ¶ 1) *ceffare iubere, coercere.* Aθ. 3, 6. δικάζοντες — παύειν τοὺς ἀδικοῦντας. Aπ. 2, 2, 3. αἱ πόλεις — τὴν ἀδικίαν παύσοντες. Intelligi debet πολῖται ex nomine πόλεις. 4, 6, 14. ὁ στάσεις παύων, *compefcens, reprimens,*

c.

c. particip. A. 2, 5, 2. p. 111. ἔθνη πολλὰ — παῦσαι ἐνοχλοῦντα τῇ ὑμετέρᾳ εὐδαιμονίᾳ, *inhibere quo minus.* E. 1, 6, 10. Κόνωνι εἶπεν, ὅτι παύσει αὐτὸν μοιχῶντα τὴν θάλατταν, *se effecturum, vt ne amplius ille affectaret imperium maris.* 4, 8, 12. παῦσαι ἂν τὸ Κόνωνος ναυτικὸν τρέφοντα, *se impedituros esse quo minus.* 5, 1, 33. ¶ 2) *finem facere.* Π. 8, 6, 4. ταῦτ' εἰπὼν, τότε ἔπαυσε τὸν λόγον. ¶ 3) *auocare, abstrahere,* vel vi vel verbis. Απ. 3, 6, 1. Γλαύκωνα — ὅτ' ἐπεχείρει δημηγορεῖν — οὐδεὶς ἐδύνατο παῦσαι, ἑλκόμενον ἀπὸ βήματος — Σωκράτης μόνος ἔπαυσεν. c. gen. Π. 5, 5, 9. p. 330. τούτου παύσας αὐτοὺς ἀναγκάζειν κινδυνεύσοντας ἰέναι. E. 3, 5, 5. ἐξάγειν στρατιὰν ἐπ' αὐτοὺς, καὶ παῦσαι τῆς ἐς αὐτοὺς ὕβρεως. Απ. 1, 2, 5. 64. In primo exemplo, acc. αὐτοὺς pertinet tam ad παύσας, quam ad ἀναγκάζειν. In reliquis acc. perf. debet intelligi. c. gen. et acc. Απ. 1, 2, 2. ἔπαυσε τούτων πολλούς. 4, 2, 6. ¶ 4) *liberare.* Απ. 3, 8, 2. ἐάν τι ἐνοχλῇ ἡμᾶς, δεόμεθα τοῦ παύσοντος. Leuncl. *qui nos eo liberet.* Melius Fr. Portus: *remedio.* c. ἀπὸ, Λ. 3, 2. ὅταν ἐκ παίδων ἐκβαίνωσι, τηνικαῦτα — παύουσι μὲν ἀπὸ παιδαγωγῶν, παύουσι δὲ καὶ ἀπὸ διδασκάλων, *desinunt paedagogis et magistris committere.* ¶ 5) *priuare, abrogare.* Π. 8, 6, 2. τούτους οὐ παύσω τῆς ἀρχῆς. E. 2, 3, 18. p. 95. 6, 2, 8. παύσαντες αὐτὸν τῆς στρατηγίας. O. 4, 7. 8. ¶ 6) *adimere oratione.* A. 2, 5, 1. παῦσαι τὰς ὑποψίας. Απ. 4, 2, 17. ἐάν τις στρατηγὸς — τῷ ψεύδει τούτῳ παύσῃ τὰς ἀθυμίας τοῦ στρατεύματος. Margg. τῆς ἀθυμίας τοὺς στρατιώτας, quae lectio desumta videtur e Stobaeo, qui etiam habet καταπαύσῃ. All. τὰς ἀθυμίας τοὺς στρ. ¶ 7) *sedare.* K. 6, 10. τὴν ὀργὴν τῶν κυνῶν παυέτω — παραμυθούμενος. ¶ 8) *exauctorare.* E. 1, 7, 1. τοὺς στρατηγοὺς ἔπαυσαν. Ellipsis facile suppletur ex nr. 5. ¶ 9) *remouere ab opere.* Ita Hutch. explicat A. 2, 3, 7. εἴ τις αὐτῷ δοκοίη βλακεύειν — ἔπαυσεν ἄν. Sed quia ed. Iunt. et MS. Bodl. habent ἔπεσεν, alii ἔπαισεν, Zeun. e Suida in v. ἐπιτήδειος recepit ἔπαιεν, deleta

deleta particula ἄν. Non male. v. βακτηρία. Leuncl. emendat ἔπαυεν αὐτὸν, ſed Welſ. et Hutch. dant illud ἔπαυσεν ἄν. ¶ 10) *omittere, non facere.* A. 4, 8, 8. παύσαντας τὴν φάλαγγα, quam antea fecerat, λόχους ὀρθίους ποιῆσαι.

παύεσθαι, ¶ 1) *quieſcere.* Ιπ. 10, 13. θωπεύειν equum ὡς παύσασθαι βουλόμενον. ¶ 2) *requieſcere, liberare ſe, liberari,* c. gen. A. 5, 1, 2. παυσάμενος τούτων τῶν πόνων. Plenius legitur Apoc. 14, 13. ἀναπαύσωνται ἐκ τῶν κόπων. ¶ 3) *quietum eſſe.* A. 1, 2, 2. μὴ πρόσθεν παύσασθαι, πρὶν αὐτοὺς καταγάγοι. ¶ 4) *deſinere, finem facere.* Π. 5, 5, 10. in. ὁ μὲν οὕτως εἰπὼν ἐπαύσατο. A. 1, 3, 13. 3, 1, 31. 7, 6, 28. E. 2, 3, 19. 3, 3, 4. θύοντες — καὶ μόλις καλλιερήσαντες, ἐπαύσαντο. 3, 5, 9. Απ. 2, 1, 18. O. 2, 9. c. particip. pro inf. Π. 1. 3, 10. διψῶν παύεται, *ſitire deſinit,* i. e. *modice ſitit.* Camerar. *ſitiens deſinit.* Minus recte. 1, 4. 2. 1, 5, 7. p. 53. 1, 6, 18. λέγοντες οὐδὲν παύονται, *dicere ſemper ſolent.* 3, 2, 7. 4, 1, 2. p. 201. §. 8. p. 205. οὐκ ἐθέλοντας παύεσθαι πλέοντας, ἕως ἂν ἀπόλωνται. Margg. πλέοντας ἀπολέσθαι. 4, 5, 10. 5, 5, 11. 7, 2, 3. A. 3, 1, 13. 7, 6, 24. πραγματευόμενος οὐδέπω πέπαυμαι — ἀγαθόν. Λ. 14, 4. E. 2, 4, 13. 7, 1, 20. Απ. 3, 13, 2. παύσασθαι ἐσθίοντα, *non plus edere quam appetitus capit.* 3, 14, 1. 4. 4, 4, 8. §. 10. οὐδὲν παύομαι ἀποδεικνύμενος. Erneſtio οὐδὲν non placet. Sed poteſt accipi pro οὐ. O. 11, 23. Απολ. 31. Σ. 4, 21. 45. Ιπρ. 1, 16. 7, 13. Sed Ιπ. 10, 12. οὐ παυόμεθα λέγοντες, *identidem praecipimus.* ¶ 5) *ceſſare, deſiſtere, abstinere.* A. 1, 5, 15. ἀκούσας ταῦτα ὁ Κλέαρχος, ἐν ἑαυτῷ ἐγένετο, καὶ παυσάμενοι ἀμφότεροι — ἔθεντο τὰ ὅπλα. Hutch. ſuppleri iubet τῆς ὀργῆς vel ὀργιζόμενοι. Poſſit etiam intelligi τῶν ὅπλων. Λ. 6, 4. τοὺς πεπαυμένους καταλείπειν τὰ πεποιημένα. Intell. τῆς θήρας. c. gen. Π. 3, 1, 10. ἐπειδὰν ἡττηθῇ, εὐθὺς πεπαυμένον τῆς ἀφροσύνης. 6, 1, 20. παῦσαι τούτων, *deſiſte a timore et pudore.* A. 1, 6, 6. τοῦ πολέμου παύσασθαι. E. 4, 6, 4. 6, 2. 1. Απ.

Απ. 3, 14, 2. τοῦ σίτου πεπαυμένου. Σ. 1, 14. παυσάμενος τοῦ δείπνου. ¶ 6) *finem habere*. Π. 1, 4, 21. ὡς παυσομένου τοῦ διωγμοῦ. Σ. 4, 10. ὁ λόγος οὕτω πως ἐπαύσατο. ¶ 7) In var. lect. permutatur c. ἀναπαύεσθαι et πάσασθαι. v. ibi.

παῦλα, *cessatio, finis.* Thomas et Phauorinus: ἀνάπαυλα, ἡ ἀνάπαυσις. — τὸ δὲ παῦλα, ἀδόκιμον. Sed reperiri hoc nomen in optimis scriptoribus, docuerunt Thomae interpretes. Hesych: παῦλα· ἄνεσις, ἀνάπαυσις. A. 5, 7, 18. σκοπεῖτε παῦλάν τιν' αὐτῶν, sc. immodestiae militum.

Παυσανίας, *Pausanias.* ¶ 1) aequalis Socrati, amator Agathonis poetae, Σ. 8, 32. vbi v. Bach. A Platone in Protagora T. I. p. 315. D. vocatur Παυσανίας ὁ ἐκ Κεραμέων. ¶ 2) rex Lacedaemoniorum. E. 2, 2, 4. vocatur ὁ ἕτερος Λακεδαιμονίων βασιλεύς. Nam alter erat Agis. 2, 4, 20 — 28. inuidens Lysandri gloriae ipse venit Atheniensibus auxilio contra Thrasybulum et Piraeenses, pacemque inter eos inuito Lysandro conciliat. 3, 5, 6. sq. cum Lysandro Phocensibus contra Thebanos auxilio proficiscitur. §. 10. in Boeotiam ingreditur. §. 14 — 18. rebus a Lysandro male gestis, et Lysandro interfecto, ipse domi condemnatus Tegeam abit, vbi mortuus est. 5, 2, 3. dicitur pater Agesipolidis, et amicus Mantineensium. Cf. §. 6.

Παφλαγόνες, *Paphlagones.* Π. 1, 1, 4. parent Cyro. 1, 5, 3. olim ab Assyriorum rege contra Cyrum solicitati, 2, 1, 2. p. 87. non mittunt exercitum. 6, 2, 5. dicunt Indi, Paphlagonas Croeso auxilia misisse, et tamen 8, 6, 4. Cyrus iis non mittit satrapam, ὅτι ἑκόντες ἐδόκουν αὐτῷ συστρατεύεσθαι ἐπὶ Βαβυλῶνα. Quae narrationes non satis inter se videntur posse conciliari. A. 1, 8, 3 in Cyri minoris exercitu stabant τοῦ βαρβαρικοῦ ἱππεῖς Παφλαγόνες. 5, 6, 2. ὁ Παφλάγων est vel *Paphlagonum ciuitas*, vel *rex*, cui nomen erat Corylas. v. Κορύλας. Sed prior explicatio videtur verior, quia 5. 5, 11. legitur Κορύλαν καὶ τὸν Παφλαγόνα. 5, 6. describitur Graecorum iter per Paphlagoniam. 6, 1, 8. 2.

2. 8. foedus Graecorum cum Paphlagonibus. §. 3. horum faltationes. E. 4, 1, 1 — 12. Cotys, eorum rex, amicitiam cum Agefilao conciliat (Cf. Κότυς et Αγ. 3, 4.) Sed Paphlagones irati Graecos deferunt.

Παφλαγονία, *Paphlagonia*. Rex eius Corylas. v. Παφλαγόνες. A. 5, 5, 5. fqq. Graeci in Paphlagoniam veniunt. 5, 6, 1. ἔμπειροι τῆς Παφλαγονίας, fed §. 2. p. 290. τῆς τῶν Παφλαγόνων χώρας. 6, 1, 1. Graeci eam depraedantur. §. 8. Paphlagonia excedunt. E. 4, 1, 1. fq. Agefilaus venit in Paphlagoniam, et cum rege Coty facit amicitiam.

Παφλαγονικὴ, *ager Paphlagonicus* A. 6, 1, 9. Σινωπεῖς οἰκοῦσιν ἐν τῇ Παφλαγονικῇ.

Παφλαγονικὸς, v. κράνος.

πάχνη, *pruina*. Timaeus lex. Platon: πάχνη· δρόσος πεπηγυῖα. Cf. ἐρυσίβη. O. 5, 18. χάλαζαι καὶ πάχναι. K. 5, 1.

πάχος, *craffitudo*. Π. 6, 1, 28. τραγικῆς σκηνῆς τῶν ξύλων πάχος ἐχόντων. K. 10, 2. οἱ περίδρομοι ἡμιόλιοι τοῦ τῶν ἀρκύων πάχους. Saepius ponitur in accufatiuo, omiffa praepofitione κατὰ, A. 5, 4, 6. χιτωνίσκους — πάχος ὡς λίνου στρωματοδέσμου. K. 2, 8. χαλίδες — μὴ ἀσύμμετροι τὰ πάχη πρὸς τὸ μῆκος. 9, 13.

παχύνειν, *craffum* f. *pinguem reddere*, *faginare*. O. 12, 20. παχύναι τὸν ἵππον βουλόμενος — τί παχύνει ἵππον. Σ. 2, 17. τὰ σκέλη παχύνονται — τοὺς ὤμους παχύνονται, *pinguefcunt*. Iπ. 1, 5.

παχὺς, ¶ 1) *craffus*. Π. 2, 3, 7. νάρθηκας παχεῖς. A. 4, 8, 1. δένδροις παχέσι. 5, 4, 14. δόρατα παχέα. O. 17, 3. παχέα ἱμάτια. Σ. 4, 38. παχεῖαι ἐφεστρίδες. 5, 7. διὰ τὸ παχέα ἔχειν τὰ χείλη. Iπ. 1, 3. ὄνυχες παχεῖς. §. 5. ὀστᾶ παχέα — φλεψὶ καὶ σαρξὶ παχείαις. §. 7. μηροὶ παχεῖς. 7, 9. ἡνίαι — παχεῖαι. ¶ 2) *pinguis*. O. 17, 8. γῆ παχυτέρα. Oppon. λεπτοτέρα.

πέδη, ¶ 1) *compes*. Hefych: πέδαι· δεσμὰ, περισκελίδες. Moeris: πέδη, Ἀττικῶς· περισκελὶς, Ἑλληνικῶς. Cf. Wetften. ad Marc. 5, 4. A. 4, 3, 7. ἐν πέδαις δεδέσθαι. ¶ 2) Iπ. 3, 5. τοὺς ἑτερογνάθους μηνύει ἡ πέδη καλουμένη ἱππασία. Iπ. 7, 13. ἱππασίαν — τὴν πέδην καλουμένην. Hefych: πέδη· εἶδος

εἶδος ἱππασίας. Aem. Portus explicat: *equitatio, quae pedica nominatur, quod in ea constringantur equi ad certam ingrediendi rationem vel inuiti, tanquam pedica.* Zeunius: *equitatio recta.* Ἱπ. 7, 14. ἐπαινοῦμεν τὴν ἑτερομήκη πέδην μᾶλλον τῆς κυκλοτεροῦς. Pollux 1, 219. πέδη δὲ ἱππασία, ἡ κυκλοτερὴς (quae fit in orbem)· ἐπιμήκης πέδη, ἡ μῆκος τῷ κύκλῳ προστιθεῖσα. Kuhnius τὴν ἐπιμήκη πέδην vel potius τὴν ἑτερομήκη interpretatur: *cum equus ad rectum cursum a circulari, vel ad circularem a recto reuocatur.* Leuncl. nostrum locum vertit: *altera partê longiorem*, quae versio non satis est perspicuâ. Zeunius: *vbi modo cursus rectus, modo inflexus fit.* Haynisch nomen πέδη Germanice reddit *Schlangenschule.* Cf. Heubel p. 2 ; — 32. qui addit, hodie vocari *à la Grecque.*

πεδινὸς, ¶ 1) *campestris, planus.* Π. 1, 6, 19. p. 82. ὁδοὺς ὀρεινὰς ἢ πεδινάς. 6, 3, 1. ἦγε τὰ σκευοφόρα, ὅπου πεδινὸν εἴη. Margg. πεδίον. Α. 5, 5, 2. χώρα πολὺ πεδινωτέρα. 7, 1, 15. χωρίον — ἔρημον οἰκιῶν καὶ πεδινόν. ¶ 2) *in locis planis morari solitus.* K. 5, 17. lepores πεδινοί.

πεδίον, *campus, planities.* Π. 2, 3, 8. μέσον ἦν τὸ πεδίον πᾶν τῶν τούτους μιμουμένων. 2, 4, 17. p. 137. πορεύσομαι διὰ τοῦ πεδίου — ἢν ὑποχωρῇ τοῦ πεδίου — εἰς τὰ ὄρη φεύγῃ. 3, 1, 2. 8, 1, 15. 8, 5, 12. p. 528. Α. 1, 5, 1. πεδίον ἅπαν ὁμαλὸν ὥσπερ θάλαττα. 1, 2, 22. ἀνέβη ἐπὶ τὰ ὄρη — ἐντεῦθεν κατέβαινεν εἰς πεδίον μέγα. 4, 4, 1. πεδίον ἅπαν καὶ λείους γηλόφους. 5, 6, 3. p. 290. πεδία κάλλιστα καὶ ὄρη ὑψηλότατα. p. 291. Αγ. 1, 15. 23. Ε. 3, 4, 12. 15. Αγ. 2, 22. καὶ ἐν πεδίῳ καὶ ἀνὰ τὰ ὄρη. Ε. 3, 1, 4. 3, 4, 26. 4, 1, 9. 4, 2, 8. 4, 3, 9. 6, 4, 10. 6, 5, 27. κατέβαινον. — ἐπεὶ δὲ ἐν τῷ πεδίῳ ἐγένοντο, ἐν τῷ τεμένει etc. Moro verba ἐν τῷ πεδ. spuria videbantur, Schneiderus vero ea recte defendit ob praecedens κατέβαινον. Ἱπρ. 4, 3. oppon. στεναῖς ὁδοῖς. Cf. Μαίανδρος. In var. lect. est pro πεδινόν. v. πεδινός.

πέζαρχος, *peditum praefectus.* Π. 5, 3. 16. p. 300. οἱ πέζαρχοι. Antea vocabantur ταξίαρχοι.

πεζεύειν, *terra iter facere.*

cere. A. 5, 5, 4. μέχρις ἐνταῦθα ἐπέζευσεν ἡ ϛρατιά.

πεζῇ, ¶ 1) *pedibus, pedestri itinere.* Π. 4, 3, 5. 8, 8, 9. πεζῇ πορευομένοις, non equis aut curru. A. 1, 4, 17. οὐ πώποθ' ὁ ποταμὸς διαβατὸς γένοιτο πεζῇ, ἀλλὰ πλοίοις. 3, 4, 30. καταλιπὼν τὸν ἵππον, ἔσπευδε πεζῇ. Ἀγ. 2, 25. O 5, 5. ἤν τε σὺν ἵππῳ — ἤν τε πεζῇ, *cum peditibus.* ¶ 2) *terra, terrestri itinere.* Π. 8, 6, 9. τῶν ἀνθρωπίνων πεζῇ πορειῶν αὕτη ταχίϛη. A. 5, 4, 3. διελθεῖν εἰς τὴν Ἑλλάδα πεζῇ. πλοῖα γὰρ οὐκ ἔχομεν. 5, 6, 1. εἴτε πεζῇ δέοι πορεύεσθαι — εἴτε κατὰ θάλατταν. §. 3. 6, 2, 11. 6, 4, 9. Ἀθ. 2, 4. 5. E. 1, 1, 7. 2, 1, 12. Λύσανδρος παρέπλει — οἱ ἄλλοι παρῆσαν πεζῇ. 4, 1, 7. 4, 5, 19. 4, 6, 14. 4, 8, 3. 5, 1, 28. Ιερ. 8, 9. Ιπρ. 5, 12. Legitur etiam pro πεζοί. V. πεζὸς nr. 2.

πεζικὸς, ¶ 1) *pedester.* Thomas: πεζὴ ϛρατιὰ λέγε, — καὶ μὴ πεζική. — ποιητικώτερον γὰρ τοῦτο. V. ibi Triller. Π. 2, 4, 13. σὺν δυνάμει καὶ πεζικῇ καὶ ἱππικῇ. 5, 3, 16. p. 299. τὸ Μήδων πεζικὸν — τὸ Ἀρμενίων πεζικὸν — τὸ Σάκων πεζικὸν, *peditatus.* Intell. τάγμα vel ϛράτευμα. Π. 1, 3, 13. τοὺς ἀγαθοὺς τὰ πεζικὰ, *pugnae pedestris peritos, bonos pedites.* 4, 3, 3. p. 231. οὐδὲν τῶν πεζικῶν (Margg. πολεμικῶν) ἀπομαθησόμεθα, ἱππεύειν μαθόντες, *eorum quae peditum sunt.* ¶ 2) *terrester.* E. 5, 1, 32. διελύθη μὲν τὰ πεζικὰ, διελύθη δὲ καὶ τὰ ναυτικὰ ϛρατεύματα. Ἀγ. 3, 6, 9. τὴν πεζικὴν καὶ τὴν ναυτικὴν δύναμιν.

πεζομαχεῖν, *terrestre proelium committere.* E. 1, 1, 9. ναυμαχεῖν καὶ πεζομαχεῖν.

πεζοπορεῖν, *iubere pedibus iter facere.* Ιπρ. 4, 1. τὸν ἵππαρχον δεῖ προνοεῖν, ὅπως ἀναπαύῃ τῶν ἵππων τὰς ἕδρας, — μέτριον πεζοποροῦντα. Aem. Portus poeticum vocat hoc verbum.

πεζὸς, ¶ 1) *pedes, pedester.* A. 7, 3, 25. ἂν πεζὸς ἡγῶμαι. Ιπρ. 5, 1. ἐκ πόσου ἂν ἵππος πεζὸν ἕλοι. §. 13. μείζων ὁ ἱππεὺς τοῦ πεζοῦ. Π. 1, 6, 10. et A. 1, 3, 12. πεζὴν δύναμιν. Π. 7, 4, 5. Φρουρὰν πεζήν. All. Περσικήν. Pluralis, Π. 1, 4, 23. πρὸς τοῖς πεζοῖς. 2, 1, 2. p. 88. ἱππεῖς μὲν — πεζοὶ δέ. 2, 4, 13. ἱππέας τε καὶ πεζούς. §. 15. οἱ ἄριϛοι καὶ πεζοὶ

καὶ

καὶ ἱππεῖς. §. 17. p. 137. 4, 5, 15. p. 252. 7, 1, 11. τὴν τῶν πεζῶν (Margg. Περσῶν) καὶ τὴν τῶν ἱππέων. E. 3, 2, 14. Ιπρ. 8, 3. Neutrum, τὸ πεζὸν, *peditatus.* Intell. πλῆθος vel ϛράτευμα. Αγ. 1, 15. et E. 3, 4, 12. 21. 23. Ιπρ. 9, 7. πεζὸν σὺν τοῖς ἵπποις. Dicitur pro aduerbio, Π. 4, 3, 3. p. 231. eques dicit: ἐξέϛαι ἡμῖν πεζοῖς εὐθὺς μάχεσθαι. §. 5. οὐδαμοῦ πεζὸς ἰών. ¶ 2) *terrester.* Αγ. 1, 6. ἀθροίζων καὶ ναυτικὸν καὶ πεζὸν πολὺ ϛράτευμα. E. 1, 5, 13. πεζῆς ϛρατιᾶς. 2, 3, 3. Sed elliptice E. 1, 1, 9. μετὰ τοῦ πεζοῦ. 1, 6, 27. 2, 1, 17. 3, 4, 2. 26. Plural. E. 4, 8, 5. νεῶν καὶ πεζῶν δεῖται, *terrestribus copiis.* Est pro πεζῇ, *terra,* A. 7, 1, 1. πεζοὶ (2 MSS. πεζῇ) ἐξιόντες. καὶ πλέοντες. Πο. 4, 42.

πειθαρχεῖν, *obedire,* et proprie quidem *magistratibus.* Π. 8, 1, 1. p. 463. μέγιϛον ἀγαθὸν τὸ πειθαρχεῖν φαίνεται. Απ. 3, 5, 21. εὐτακτεῖν καὶ πειθαρχεῖν. Ιπρ. 1, 24. c. dat. A. 1, 9, 10. Κύρῳ καλῶς πειθαρχεῖν. Απ. 3, 5, 19. πειθαρχεῖν τοῖς ἐφεϛῶσι. Cf. πειθαρχία.

πειθαρχία, *obedientia imperatori praestanda.* Αγ. 1, 27. πειθαρχίαν μελετῷεν. E. 3, 4, 18. ubi πειθαρχεῖν, quod rectius iudicat Leuncl.

πείθειν, ¶ 1) *persuadere, suadendo mouere.* Π. 5, 5, 14. p. 338. εἴ τι βιάσασθαι καιρὸς. καὶ εἴ τι πεῖσαι δέοι. Ibid. τοὺς πεπεισμένους ὑφ' ἑκάϛου, *eos quibus persuasum fuerit.* 6, 1, 2. ὑπὸ τοῦ Ὑϛάσπους ταῦτα πεπεῖσθαι, ἃ ἐγνώκει — ὑπὸ Ὑϛάσπους πεπεισμένος ταῦτα γιγνώσκειν. A. 5, 5, 7. ἐκ τῶν χωρίων λαμβάνειν — οὐ πείθοντας. All. ante λαμβ. insuper inserunt βίᾳ. 7, 2, 6. ὑπισχνούμενος αὐτῷ ὅ τι ᾤετο λέγων πείσειν. 2 MSS. ποιήσειν. 7, 2, 7. 7, 6, 8. Αγ. 2, 26. οὐκέτι δείσας, ἀλλὰ πεισθεὶς ab Agesilao, ἀπέπλευσεν. E. 1, 5, 5. 2, 4, 30. 4, 1, 6. Απ. 1, 2, 10. 11. 44. 45. K. 5, 20. lepores πεισθέντες ὑπ' αὐτῶν, *sua sponte,* non a causa externa commoti, c. acc. pers. Π. 1, 5, 7. p. 53. boni oratores dicuntur πείθοντες πολλούς. 4, 5, 12. p. 247. A. 1, 3, 19. ἢ πείσαντα ἡμᾶς ἄγειν, ἢ πεισθέντα — ἀφιέναι. 5, 6. 16. §. 23. τοὺς ἑαυτοῦ πειρᾶσθαι πεῖσαι. 6, 4, 10. πέπεικε τὸν μάντιν λέγειν. 7, 3, 7. Λ. 1, 8.

1, 8. E. 1, 3, 10. 1, 6. 7. ἐπὶ τὰς ἐκείνου θύρας φοιτᾷν οὐκ ἠδυνάμην ἐμαυτὸν πεῖσαι. 1, 7, 5. §. 10. p. 54. ἔπεισαν τοὺς ξυνάρχοντας, βουλομένους πέμπειν γράμματα. Goldhagenius, aſſentiente Moro, etiam Wolſio, emendat ἔπαυσαν. p. 57. 2, 4, 20. 3, 4, 2. 10. 3, 5, 3. 4. 4, 1, 10. 5, 1, 30. Απ. 1, 2, 45. οἱ ὀλίγοι τοὺς πολλοὺς (Margg. τοῖς πολλοῖς) μὴ πείσαντες, ἀλλὰ κρατοῦντες. §. 49. πείθων τοὺς συνόντας, σοφωτέρους ποιεῖν. Intell. αὐτούς. 3, 6, 15. τὸν θεῖον οὐ δυνάμενος πείθειν, Ἀθηναίους πάντας νομίζεις δυνήσεσθαι ποιῆσαι πείθεσθαί σοι. O. 20, 15. ὡς δύναιτο ἄνθρωπος ζῆν ἄνευ τῶν ἐπιτηδείων, οὐδεὶς τοῦτο αὐτὸς αὐτὸν πείθει. Sic c. ὡς, A. 2, 6, 1. πείσας τὴν πόλιν, ὡς οἱ Θρᾶκες ἀδικοῦσι τοὺς Ἕλληνας. et c. acc. rei, Ιπρ. 3, 5. ἱκανοὶ πεῖσαι ἃ ἠβουλήθησαν. ¶ 2) *allicere, inuitare.* Απ. 1, 3, 6. τὰ πείθοντα ἐσθίειν ſunt *fercula delicata.* v. ἀναπείθειν nr. 2. Sic Απ. 1, 2, 23. αἱ ἡδοναὶ πείθουσιν αὐτὴν (τὴν ψυχὴν) μὴ σωφρονεῖν. ¶ 3) *rogare.* A. 3, 1, 17. σωτηρίας τυχεῖν βασιλέα πείσας. §. 19. ¶ 4) *amicum facere, conciliare.* v. Kypk. ad Act. 12, 20. Αθ. 2, 11. εἴ τις πλουτεῖ ξύλοις, -- ποῖ διαθήσεται, ἐὰν μὴ πείσῃ τὸν ἄρχοντα τῆς θαλάττης; ¶ 5) *pecunia corrumpere.* E. 7, 3, 4. χρήματα. τούτοις πείσων Θηβαίους ἐκβάλλειν. §. 7. p. 476. χρήματα — τούτοις διαφθερῶν καὶ πείσων — αὐτὸν ποιῆσαι. Απ. 3, 11, 1. Theodota οἶα συνεῖναι τῷ πείθοντι. Sic videtur intelligendum Σ. 4, 53. βούλονται — πεῖσαι αὐτὸν συγκαθεύδειν αὐτοῖς. ¶ 6) *efficere.* Απ. 4, 5, 7. τὰ βλάπτοντα προαιρεῖσθαι ποιοῦντος — ἐκείνων δὲ ἀμελεῖν πείθοντος. Sic efficere doctrina, Απολ. 20. οὓς σὺ πέπεικας σοι πείθεσθαι. pulchritudine, Σ. 4, 8. καὶ σιωπῶν πείσαιμι τὸν παῖδα — φιλῆσαι με. vi, Απ. 2, 1, 13. πάντα τρόπον πολιορκοῦντες τοὺς ἥττονας, ἕως ἂν πείσωσιν ἑλέσθαι δουλεύειν. Ιπ. 10, 15. ἵππος ὑπὸ τοῦ χαλινοῦ πεισθεὶς — ἐγείρεται, *coactus.* Sed Leuncl. malebat πιεσθείς. ¶ 7) *perſuadere conari, ſuadere.* Π. 5, 4, 21. φρουρία βίᾳ ἔλαβε, τὼ δὲ δύο φοβῶν μὲν Κῦρος, πείθων δὲ Γαδάτας ἔπεισε παραδοῦναι, *terrendo Cyrus, ſuadendo Gadatas effecit vt traderent.* Sed Zona-

Zonaras habet παρεσκευάκαν pro ἔπεισε, probante Zeunio. 5, 5, 9. p. 331. ἔπειθον αὐτοὺς, καὶ οὓς ἔπεισα etc. 6, 2, 4. ἅρματα ἐπεπείκει Κυαξάρην μετασκευάσαι. A. 5, 6, 14. 6, 1, 12. 6, 2, 8. ἔπειθεν αὐτὸν πορεύεσθαι. In sqq. est συνεβούλευε. 7, 3, 3. 7, 6, 11. E. 2, 3, 9. 3, 5, 5. 11. 4, 1, 2. πείσαντος τοῦ Σπιθριδάτου κατέλιπε — ἱππέας. 4, 4, 5. 6, 5, 16. Aπ. 1, 3, 4. 4, 6, 8. συμβουλεύῃ ἐπιχειρεῖν — εὐλαβεῖσθαι πείθῃ. ¶ 8) *mitigare, placare.* E. 1, 7, 4. τοιαῦτα λέγοντες ἔπειθον τὸν δῆμον. Cf. ἀκούειν nr. 5. Nam cum eo confunditur. it. βιάζεσθαι, cui saepe opponitur, et βουλὴ nr. 5. a.

πείθεσθαι, ¶ 1) *persuaderi sibi pati, moueri.* c. acc. Π. 5, 5, 6. ἐπείσθην ταῦτα ὑπὸ σοῦ. c. inf. Π. 5, 1, 4. πεισθήσομαι ἐλθεῖν. A. 7, 7, 17. οὐ φιλίᾳ τῇ σῇ ἐπείσθησαν ὑπὸ σοῦ ἄρχεσθαι — ἀλλ' ἀνάγκῃ. ¶ 2) *credere.* E. 2, 3, 9. ἔπεισαν Λύσανδρον — ὑπισχνοῦντο. ὁ δὲ πεισθεὶς — ξυνέπραξεν. c. dat. Π. 1, 5, 3. πειθόμενοι τοῖς λόγοις. 1, 6, 6. πείθεσθαι τῷ λόγῳ τούτῳ. c. acc. rei et ὡς vel ὅπως, Π. 8, 7, 3. p. 547. οὐδὲ τοῦτο πώποτε ἐπείσθην, ὡς ἡ ψυχὴ etc. p. 548. οὐδέ γε ὅπως ἄφρων ἔσται ἡ ψυχὴ — οὐδὲ τοῦτο πέπεισμαι. ¶ 3) *sibi persuadere, persuasum habere.* v. Poll. 5, 152. qui πείθομαι et πέπεισμαι recenset in vocabulis περὶ ἀναμφιβόλου. Π. 1, 6, 12. p. 66. περὶ τροφῆς ἐπείσθην ἱκανὸν εἶναι. Aπ. 1, 6, 4. πέπεισμαί σε μᾶλλον ἀποθανεῖν ἂν — ἢ ζῆν ὥσπερ ἐγώ. 2, 6, 31. πέπεισμαι ἀπὸ τῆς Σκύλλης φεύγειν τοὺς ἀνθρώπους. Ernest. rescripsit πέπυσμαι, probante Doruillio ad Charit. p. 700. non item Hindenburgio. 3, 8, 1. ἀπεκρίνατο οὐχ ὥσπερ οἱ φυλαττόμενοι, μή πῃ ὁ λόγος ἐπαλλαχθῇ, ἀλλ' ὡς ἂν πεπεισμένοι μάλιστα πράττοιεν τὰ δέοντα. Ern. putat, Xenophontem scripsisse πεπαιδευμένοι κάλλιστα. O. 6, 11. πάνυ μοι δοκῶ πεπεῖσθαι ἱκανῶς. Fr. Portus: *satis adductus vt credam.* Sed Bachio arbitro facile suspicari quis possit, scribi oportere πεπύσθαι. 15, 8. ὅτι δεῖ ἐπίστασθαι γεωργίαν — ῥᾳδίως πέπεισμαι. Ιπρ. 1, 22. ¶ 4) *parere, obedire.* Π. 1, 1, 1. ὀλίγοις seruis — χρῆσθαι πειθομένοις. 2, 2, 3. πρὶν εἰδέναι τὸ προσταττόμενον, πεί-

πείθονται. §. 15. πειθόμενον ἔχειν τὸ στράτευμα. 7, 2, 3. milites εὔτακτοι, qui non praedandi cupiditate stationem reliquerant, paulo post vocantur πειθόμενοι. §. 4. 8, 1, 1. p. 462. bis: ὑπὸ μὴ πειθομένων regi et magistratibus. 8, 3, 10. ἐνδεικνύμενοι ὅτι σφόδρα πείθοιντο. Sic A. 8, 2. Π. 8, 6, 1. μὴ πείθεσθαι, imperata non recte facere. A. 5, 1, 7. τὰς ὁδοὺς — ταῖς πόλεσιν ἐντείλασθαι ὁδοποιεῖν. πείσονται γάρ. Margg. et MSS. post γὰρ perperam addunt ὁδοποιεῖσθαι. E. 2, 4, 21. 25. 3, 1, 13. 4, 4. 3. οἵ τε κελεύοντες καὶ οἱ πειθόμενοι. O. 21, 3. ὁ κελεύων καὶ οἱ πειθόμενοι nautae. E. 4, 6, 5. Ἱερ. 11, 12. ἑκόντας τοὺς πειθομένους ἔχοις ἄν. Leuncl. parerent tibi subditi. Απ. 1, 2, 11. ζῶντι πειθομένῳ χρῆσθαι. 3, 5, 7. c. dat. Π. 1, 2, 8. πείθεσθαι τοῖς ἄρχουσι — πειθομένους τοῖς ἄρχουσιν ἰσχυρῶς. 2, 2, 2. p. 104. ποτέρῳ χρὴ πείσασθαι; 7, 2, 6. σοι λέγεται τεθεραπεῦσθαι ὁ Ἀπόλλων, καί σε πάντα ἐκείνῳ πειθόμενον πράττειν. 8, 1, 1. p. 462. οἱ μὴ πειθόμενοι τοῖς κρείττοσι — πείθεσθαι τῷ ἄρχοντι. p. 463. A. 3, 2, 20. E. 2, 2, 13. 2, 3. 18. p. 94. 2, 4, 13. 14. Απ. 3, 5, 16. 18. 1, 1, 4. Σ. 4, 48. c. acc. rei, Π. 3, 1, 18. ἣν ταῦτα πείθωμαι ὑμῖν, in his. Intell. κατά. 5, 1, 5. Αγ. 1, 22. ἀφαιρῶν ὅσα δοῦλοι δεσπόταις ὑπηρετοῦσι, προσέταττεν ὅσα ἐλεύθεροι ἄρχουσι πείθονται. E. 7, 1, 25. Απ. 4, 4, 1. ἄρχουσι ἃ οἱ νόμοι προστάττοιεν πειθόμενος, καὶ — εὐτακτῶν. c. περὶ, Π. 8, 3, 3. πάντας πείθεσθαί σοι περὶ τῆς — τάξεως. Απολ. 20. De bestiis, Π. 4, 3, 3. p. 229. χαλινοὶ οἷς πείθονται equi. O. 13, 6. τὰ ζῶα τὸ πείθεσθαι μανθάνουσι. §. 7. 8. Ιπ. 3, 6. 12. 6, 9. De cupiditatibus, Π. 4, 2, 20. τῶν μὲν κακῶν ἀνθρώπων ἄρχει, τοῖς δ' ἀγαθοῖς πείθεται. De rebus, quae facile finguntur ab opifice ad ipsius arbitrium, Ιππ. 6, 1. ἐξ ὧν πλάττοιτο, ea dicuntur πείθεσθαι τῇ τοῦ χειροτέχνου γνώμῃ. Cf. νόμος. ¶ 5) consilium sequi, auscultare monitis. Π. 2, 2, 8. ἣν ἐμοὶ πείθῃ. E. 1, 7, 10. p. 55. ἂν ὑμεῖς γέ μοι πείθοισθε. 4, 8, 3. ταῦτα ἐπείθετο Cononi ὁ Φαρνάβαζος. ¶ 6) gratum facere. E. 1, 7, 10. p. 60. τοὺς νικῶντας θα-

θανάτῳ ζημιοῦν, πονηροῖς ἀνθρώποις πειθομένους. ¶ 7) *partes sequi*. E. 6, 1, 1. πείθεσθαι τοῖς Θηβαίοις. §. 4. p. 362. εἰ μὴ πεισοίμεθα. 6, 2, 26. ταῖς μὴ πειθομέναις πολεμεῖν, *quae non facile ad ipsius partes traherentur*. ¶ 8) *se subiicere*. Π. 4, 5, 10. ἤτοι μαχουμένους ἢ πεισομένους. 7, 4, 5. A. 7, 4, 3. 7, 5, 19. E. 3, 1, 5. ¶ 9) *imitari*. A. 7, 3, 20. τῷ νόμῳ τῷ ὑμετέρῳ πείσομαι. ¶ 10) Permutatur in libris cum πυνθάνεσθαι. E. 3, 1, 3. αἱ πόλεις ἐπείθοντο ὅ τι Λακεδαιμόνιος ἀνὴρ ἐπιτάττοι. Ita ediderunt Leunclauio duce Welsius, Morus, et Schneiderus pro ἐπύθοντο. 7, 3, 3. ἠκροῶντο πολλοὶ, ὁπόσοι δὲ ἐπείθοντο οὐ πάνυ κατάδηλον. All. ἐπύθοντο. Minus bene. Cf. supra nr. 3. it. c. ἕπεσθαι. v. ibi nr. 6.

πειθὼ, ¶ 1) *persuasio*. Απ. 1, 7, 5. εἴ τις ἀργύριον παρά του πειθοῖ λαβών. ¶ 2) *obedientia*. Π. 2, 3, 8. ἀγαθεὶς τοῦ μὲν ταξιάρχου τὴν ἐπίνοιαν, τῶν δὲ τὴν πειθώ. 3, 3, 6. §. 26. μεσὸν στράτευμα — πειθοῦς. Λ. 2, 2.

πεινᾶν, siue πεινῆν. Thom. Mag: πεινῆν, διψῆν, Ἀττικοί· οὐ πεινᾶν, οὐδὲ διψᾶν. Cf. Poll. 6, 31. 43. ¶ 1) *esurire*. Π. 7, 5, 26. p. 458. πεινήσας τῶν ἡδίστων σίτων τεύξεται. A. 1, 9, 15. ἵπποις ἐμβάλλειν χιλὸν, ὡς μὴ πεινῶντες — ἄγωσιν. Απ. 1, 3, 6. μὴ πεινῶντας ἐσθίειν. 2, 1, 30. πρὶν πεινῆν, ἐσθίουσα. Σ. 4, 37. Ιπ. 2, 3. Infinitiuus pro substantiuo, O. 1, 8. terra non recte culta — ἀντὶ τοῦ τρέφειν, πεινῆν παρασκευάζει, *inopiam victus*. ¶ 2) *fame laborare*. E. 6, 2, 9. Κερκυραῖοι obsessi οὕτω σφόδρα ἐπείνων. it. E. 1, 1, 15. in epistola Laconica: πεινῶντι τὤνδρες. ¶ 3) *vehementer desiderare et appetere*. v. Raphel. ad Matth. 5, 6. et quos laudauimus in v. διψῆν. c. gen. Π. 7, 5, 18. p. 447. ἡμῖν — μάλα πεινῶσι συμμάχων, *sociorum inopia laborantibus atque adeo eorum auxilium vehementer cupientibus*. 8, 3, 16. πεινήσας χρημάτων. O. 13, 9. πεινῶσι τοῦ ἐπαίνου — οὐχ ἧττον ἢ ἄλλαι τῶν σίτων τε καὶ ποτῶν. Σ. 4, 36.

πεῖρα, ¶ 1) *experientia*. Thomas: διάπειρα κρεῖττον ἢ πεῖρα. At Polluci 5, 144. probatur πεῖρα. v. Wetsten. ad Hebr. 11, 29.

29. Π. 1, 5. 7. p. 55. πιϛεύω τῇ πείρᾳ. Nonnulli addunt ὑμετέρᾳ. ¶ 2) *ſpecimen artis* ſ. *operis.* Σ. 8. 43. ἡ ψευδὴς δόξα ταχὺ ἐλέγχεται ὑπὸ τῆς πείρας. ¶ 3) πεῖραν λαμβάνειν, a) *experiri, vſu edoceri.* A. 5. 8. 6. ἐν ἐμαυτῷ πεῖραν λαβών. O. 17. 1. οἱ πρόσθεν ἄνθρωποι πεῖραν λαβόντες ἐγνώκασι. b) *periculum facere.* c. gen. Π. 3, 3, 18. ὑμῶν αὐτῶν πεῖραν λήψεσθε, *de vobis periculum facietis.* 5, 5, 11. ἐπειδὰν πεῖραν ἡμῶν λάβῃς, ὅπως ἔχομεν πρός σε. 6, 1, 28. A. 6, 6. 17. πεῖραν λαβεῖν Δεξίππου καὶ σφῶν — οἷος ἕκαϛός ἐϛι. E. 6, 1, 4. p. 358. Aπ. 1, 4, 18. τῶν θεῶν πεῖραν λαμβάνῃς θεραπεύων, εἴ τι θελήσουσι. O. 8. 21. 20, 13. Ιπ. 3, 7. ληπτέον πεῖραν ἁπάντων, ὅσων περ καὶ ὁ πόλεμος πεῖραν λαμβάνει — πλάγια ἐλαύνοντα πεῖραν λαμβάνειν. ¶ 4) πεῖραν ἔχειν, *expertum ſcire, periculo facto ſcire.* Ιπρ. 1, 16. ἐγώ φημι χρῆναι πεῖραν ἔχων. c. gen. Π. 4, 1, 2. p. 201. κρίναιτ᾽ ἂν πεῖράν τε αὐτῶν ἔχοντες καὶ ἄρτι γεγενημένου τοῦ πράγματος. c. ὅτι, A. 3, 2, 10. πεῖραν ἤδη ἔχετε αὐτῶν, ὅτι θέλουσιν — μὴ δέχεσθαι. ¶ 5) ἐν πείρᾳ γίγνεσθαι, *vti, conſueſcere, conuerſari.* Cf. Poll. 5, 144. Thomas: πεῖρα, ἡ ἐπιϛήμη, ἡ ἐμπειρία, καὶ ἡ μετοχὴ, καὶ ἡ ἀπόλαυσις. A. 1, 9, 1. τῶν Κύρου δοκούντων ἐν πείρᾳ γενέσθαι. Alias dicitur τῶν ἐμπείρως αὐτοῦ ἐχόντων. ¶ 6) πεῖραν διδόναι, *ſpecimen artis dare.* Π. 1, 6, 19. p. 71. ὅπου ἂν πεῖραν δοίης. Aπ. 2, 6, 38. πεῖραν διδοὺς, *rem ipſam aggrediens.* Leuncl. *periculo facto.*

Π ε ι ρ α ι ε ὺ ς, *Piraeeus,* portus Atticae. Steph. Byz: Πειραιὸς, οὕτως ἐκαλεῖτο ὁ λιμὴν τῆς Ἀττικῆς — τὰ τοπικὰ, ἐκ Πειραιῶς, εἰς Πειραιᾶ, ἐν Πειραιεῖ καὶ Πειραιοῖ. E. 2, 4, 22. εὐαποτείχιϛος ὁ Πειραιεύς. Genit. τοῦ Πειραιῶς, quae eſt Attica forma. v. Thom. Mag. p. 700. et Moeris p. 314. E. 1, 2, 9. 2, 2, 2. 2, 3, 6. 3, 5, 9. 5, 1, 19. Dativ. Aϑ. 1, 17. ἡ ἑκατοϛὴ ἡ ἐν Πειραιεῖ. Πο. 3, 13. τοῖς ἀγοραίοις — καὶ ἐν Πειραιεῖ καὶ ἐν τῷ ἄϛει. E. 1, 3, 13. 2, 4, 16. §. 21. §. 22. τὸ ἐν Πειραιεῖ (Margg. Πειραιοῖ) θέατρον. De quo theatro v. Cel. Schneider. ad h. l. inprimis in addendis p. 101.

p. 101. Meurſ. de Piraeeo c. 6. et Spanhem. ad argumentum ranarum Ariſtophanis. De forma Πειραιοῖ v. Kuhn. ad Aelian. V. H. 2, 13. E. 3, 5, 18. Σ. 1, 2. τὴν ἐν Πειραιεῖ (Welſ. perperam Περαιεῖ) οἰκίαν. Saepe occurrunt οἱ ἐκ Πειραιῶς, vt E. 1, 7, 12. 2, 4, 15. vbi ſere in omnibus edd. legitur Πειραιέως. v. Mor. §. 17. 23. §. 26. vbi iterum vt §. 28. in plerisque eſt Πειραιέως. it. οἱ ἐν τῷ Πειραιεῖ, E. 2, 4, 14. 18. 19. 21. 25. 27. Iidem 1, 4, 6. vocantur ὁ ἐκ τοῦ Πειραιῶς ὄχλος, et 5, 2, 24. ὁ ἐν Πειραιεῖ δῆμος. Sed E. 2, 4, 12. οἱ ἐν Πειραιεῖ δέκα ἄρχοντες, et §. 28. οἱ ἐν τῷ Πειραιεῖ ἄρξαντες δέκα, quinam fuerint, v. in v. δέκα nr. 2. b. Accuſatiuus Atticus Πειραιᾶ, E. 1, 1, 25. 1, 4, 5. 2, 2, 1. 5. 7. 12. 14. 2, 3, 8. 2, 4, 1. 7. 27. 3, 5, 5. 4, 8, 9. 5, 1, 9. 5, 4, 20. 22. 34. Απ. 2, 7, 2.

Πείραιον, *Piraeum*, portus Corinthiacus. Steph. Byz: ἔστι δὲ καὶ τῆς Κορινθίας λιμήν. Thucyd. 8, 10. Πειραιὸς (Ita etiam ſcribitur ap. Steph. Byz.) τῆς Κορινθίας ἐστὶ λιμὴν ἔρημος καὶ ἔσχατος πρὸς τὰ μεθόρια τῆς Ἐπιδαυρίας. Sed in Xenophonte intelligi debet Piraeum portus Corinthiorum ad Criſſaeum ſinum. v. Palmer. exercitt. in optimos auctores Graecos p. 71. ſq. Αγ. 2, 18. τοὺς Κορινθίους πάντα τὰ κτήνη ἐν τῷ Πειραίῳ σωζομένους — στρατεύει ἐπὶ τὸ Πείραιον. §. 19. βεβοηθηκότας ἐκ τοῦ Πειραίου εἰς τὴν πόλιν — αἱρεῖ τὸ Πείραιον. Multi codd. et editt. hic habent Περαίῳ, Πέραιον, Περαίου, quod defendit H. Stephanus. Sed vitioſe. E. 4, 5, 1. σώζοιντο ἐν τῷ Πειραίῳ. §. 3. 5. 19.

πειρᾶν, ¶ 1) *tentare pudicitiam, vitiare velle.* Timaeus lex. Platon: πειρῶντα· πειράζοντα διὰ λόγων παῖδα ἢ γυναῖκα. Suidas: πειρᾶν· τὸ λόγους περὶ συνουσίας προσφέρειν, καὶ πειραθῆναι· τὸ ἀκοῦσαι λόγους τοιούτους. — πειρᾶν κυρίως, τὸ προσβάλλειν γυναικὶ περὶ τῆς Ἀφροδίτης. Cf. Heſych. in v. πειρῶν, Oudend. ad Thom. Mag. p. 700. et Walſ. ad Thucyd. 7, p. 411. Π. 5, 2, 13. τὴν παλλακίδα ἐπείρασε. Sic de iis, qui alios ad amorem pelliciunt, Ιερ. 11, 11. τοὺς καλοὺς οὐ πειρᾶν, ἀλλὰ πειρώμενον

νον ὑπ' αὐτῶν ἀνέχεσθαι. vbi v. Fr. Portus. ¶ 2) *conari, velle.* c. inf. Απ. 1, 2, 29. πειρῶντα χρῆσθαι καθάπερ οἱ πρὸς τὰ ἀφροδίσια τῶν σωμάτων ἀπολαύοντες.

πειρᾶσθαι, *periculum facere.* Hesych: πειρᾶται· πεῖραν λαμβάνει, πειράζει. Σ. 4, 7. ὑμῖν αὐτίκα ἔξεστιν πειρᾶσθαι. Ιπ. 1, 16. ὁ πειραθεὶς — πιστεύσει, *qui periculum fecerit huius rei.* c. gen. Thom. Mag: πειρῶμαι, ἐπὶ τὸ πολὺ μὲν τὸ ἀπόπειραν ποιοῦμαι. — γενικῇ. Cf. Phauorin. in v. πειρῶ. A. 3, 2, 25. πειρώμενοι ταύτης τῆς τάξεως. c. inf. A. 4, 3, 5. ἐπειρῶντο διαβαίνειν, *tentabant transitum per flumen.* Mox est simpliciter πειρωμένοις. c. εἰ, Πο. 3, 14. πειραθῆναι, εἰ — δυνατὸν γένοιτο. Ιπ. 8, 2. ¶ 2) *percontari, explorare.* c. gen. A. 3, 5, 5. μηδὲ τὰ δόρατα ὑπερέχειν πειρωμένοις τοῦ βάθους. ¶ 3) *experiri.* Ιερ. 1, 2. ἀμφοτέρων πεπειραμένον. 2, 6. πεπειραμένος — οἶδα. ¶ 4) *conari, studere.* Phauorin. l. l. πειρῶμαι· ἐπιχειρῶ. c. inf. Π. 1, 4, 5. πειρᾶσθαι βέλτιον ποιεῖν. 1, 6, 11. §. 14. §. 19. p. 74. 2, 2, 6. κλαίειν ἐπειρώμεθά σε ποιεῖν. §. 8. ἣν — κλαίοντας ἐκείνους πειράσῃ καθίζειν. 5, 3, 14. τὰ τείχη ἂν πειραθείην διασῶσαι. 2, 4, 12. πειρῴμην μὴ πρόσω εἶναι. Αγ. 1, 7. ὑπέστη — πειράσεσθαι εἰρήνην ποιῆσαι. Λ. 2, 14. E. 2, 3, 18. p. 99. 3, 1, 15. 3, 4, 9. 3, 5, 1. 18. 4, 4, 6. Απ. 2, 3, 9. ἐπειρῶ εὖ ποιήσας πραΰνειν αὐτόν. 2, 6, 28. πειρῶ (imperativ.) ἀγαθὸς γίγνεσθαι. §. 37. 39. 3, 3, 15. O. 2, 14. 6, 17. τούτῳ πειραθῆναι συγγενέσθαι. Ιπ. 4, 12. Saepe est modestiae, O. 6, 2. πειραθῶμεν οὕτω καὶ τὰ λοιπὰ διεξιέναι. Ιπ. 10, 5. πειρασόμεθα διηγεῖσθαι. Ιπ. 1, 9. πειράσομαι λέγειν. 2, 1. πειράσομαι δηλοῦν. etc. ¶ 5) *operam dare ad consequendum aliquid.* Π. 1, 5, 4. πειρᾶσθαι ἄρχοντα ἐλθεῖν τῶν ἀνδρῶν. 6, 3, 3. πειραθῆναι συλλαβεῖν τινας. ¶ 6) *aggredi.* c. acc. Π. 1, 5, 7. p. 56. μεγάλα — καὶ μικρὰ πειρώμενον. ¶ 7) *audere.* Πο. 4, 2. οὐδεὶς πειρᾶται λέγειν, ἀπὸ ποίου χρόνου ἐπεχειρήθη. Possit etiam h. l. verti: *potest.* E. 1, 7, 10. p. 58. ἄνευ τούτων (τῶν νόμων) μηδὲν πράττειν πειρᾶσθε. 3, 2, 19. κωλύειν οὐδεὶς ἔτι ἐπειρᾶτο. 4, 2, 6. 4, 3, 4. ¶ 8)

¶ 8) In var. lect. permutatur c. βούλεσθαι. v. ibi nr. 5.

πειρατέον, i. e. δεῖ πειρᾶν, interprete Suida. c. inf. Απ. 1, 2, 34. πειρατέον ὀρθῶς λέγειν. 2, 1, 28. Ιπρ. 1, 12.

Πειρίθοος, *Pirithous*. Σ. 8, 31. Thesei amicus.

Πείρινθος, *Perinthus*, vrbs Thraciae ad Propontidem. A. 2, 6, 2. πολεμήτων τοῖς ὑπὲρ Χεῤῥονήσου καὶ Πειρίνθου Θραξίν. Legitur etiam Πέρινθος. v. infra.

Πείσανδρος, *Pisander*. ¶ 1) Lacedaemonius. E. 3, 4, 27. Ἀγησίλαος Πείσανδρον τὸν τῆς γυναικὸς ἀδελφὸν ναύαρχον κατέστησε — Πείσανδρος ἀπελθὼν τὰ ναυτικὰ ἔπραττεν. 4, 3, 5. ἠγγέλθη ὅτι ἡττημένοι εἶεν οἱ Λακεδαιμόνιοι, καὶ ὁ ναύαρχος Πείσανδρος τεθναίη. §. 6. ἀντιπαραταξαμένου δὲ τοῦ Πεισάνδρου. §. 7. ὁ μὲν Πείσανδρος τετελευτηκὼς, νικῴη δὲ τῇ ναυμαχίᾳ. ¶ 2) Atheniensis. Σ. 2, 14. ἡδέως ἂν θεῴμην Πείσανδρον τὸν δημηγόρον μανθάνοντα κυβιστᾶν εἰς τὰς μαχαίρας. Videtur intelligi factiosus ille ciuis, qui dominationem quadringentorum instituit (v. Thucyd. 8, 53.), quem Aristophanes in Lysistrata traducit, et qui fuit insigniter timidus. Cf. Suid. in v. Πεισάνδρου δειλότερος.

Πεισιάναξ, *Pisianax*, pater Euryptolemi. v. Εὐρυπτόλεμος.

Πεισίας, *Pisias*. E. 7, 1, 29. praefectus Argis eripit Lacedaemoniis Oneum.

Πεισίδαι, *Pisidae*, Asiae minoris populus. A. 1, 1, 11. Cyrus simulat bellum se gesturum contra eos et e regione omnino eiecturum. Cf. 1, 2, 1. 4. et 3, 1, 7. A. 1, 9, 9. Cyrus iam antea bellum contra hos et Mysos gesserat. 2, 5, 2. p. 111. vterque hic populus Persis multum negotii facessebat. 3, 2, 14. inuito rege Mysi et Pisidae eas regiones tenebant. In codice Paris. et interdum in Eton. scribitur Πισσίδαι. E. 3, 1, 10. συνεστρατεύετο Φαρναβάζῳ ὁπότε ἐς Μυσοὺς ἢ Πισίδας (Ita constanter h. l. scribitur) ἐμβάλοι, ὅτι τὴν βασιλέως χώραν κακουργοῦσιν. Απ. 3, 5, 26. Μυσοὶ καὶ Πισίδαι (cod. Vatic. 1. Πισεῖδαι) ἐν τῇ βασιλέως χώρᾳ κατέχοντες ἐρυμνὰ χωρία, καὶ κούφως ὡπλισμένοι δύνανται πολλὰ μὲν τὴν βασιλέως χώραν καταθέοντες κακοποιεῖν, αὐτοὶ δὲ ζῆν ἐλεύθεροι.

πει-

πειστέον, *obediendum est.* A. 6, 6, 9. πειστέον Lacedaemoniis ὅ τι ἂν κελεύωσι. Cod. Parif. πιστέον.

πειστικὸς f. πειστὸς, v. πιςὸς nr. 5. 6. et εὔπιςος.

Πείσων, *Pifon*, vnus e triginta tyrannis. E. 2, 3, 2.

πελαγίζειν, *per altum nauigare.* O. 20, 3. ἐν τριήρει — ὅταν πελαγίζωσι.

πελάγιος, *in alto nauigans.* E. 2, 1, 11. ἀνήγοντο οἱ Ἀθηναῖοι ἐπὶ τῆς Χίου πελάγιοι, *in altum prouecti.* Cf. Poll. 1, 103.

πέλαγος (poet. Port.), *mare, mare altum.* Π. 6, 1, 11. οὐδὲν διαφέρομεν τῶν ἐν πελάγει πλεόντων. E. 1, 6, 14. ἡ μὲν ἐπὶ Ἑλλήσποντον ὥρμησεν, ἡ δὲ ἐς τὸ πέλαγος. §. 15. §. 21. οἱ Ἀθηναῖοι ἀντανήγοντο ἐς τὸ πέλαγος. Cf. περᾶν nr. 2.

πελάζειν (poet. Port.), *accedere.* Hefych: πελάσαι· ἐγγίσαι, πλησιάσαι. Suid: πελάζει· πλησιάζει, ἐγγίζει. Π. 1, 4, 20. εἶδον αὐτοὺς πελάζοντας, np. hoftili impetu. 7, 1, 22. οὐδεὶς γὰρ ἵππος ἐπέλαζε camelis. c. dat. Π. 1, 4, 7. θηρίοις πελάζειν. Mox eft πλησιάσαντας. 3, 2, 5. οἱ μέν τινες αὐτοῖς πελάσαντες refiftendo, ταχὺ ἀπέθνησκον. A. 4, 2, 2. πελάσαι — τῇ ὁδῷ.

πέλεκυς, ¶ 1) *bipennis.* Hefych: πέλεκυς· ἀξίνη δίςομος. E. 3, 3, 7. πολλοὺς πελέκεις καὶ ἀξίνας. ¶ 2) *afcia, fecuris.* v. ξυλοκόπος.

Πέλλα, *Pella*, E. 5, 2, 12. p. 298. ἥπερ μεγίςη τῶν ἐν Μακεδονίᾳ πόλεων.

Πελλεῖς. E. 4, 3, 16. ἀποθνήσκουσι Γῦλίς τε ὁ πολέμαρχος, καὶ τῶν παρασατῶν πελλεῖς. Leuncl. coni. πλεῖςοι, quod Wellf. recepit, vel πολλοὶ, quod recepit Schneiderus. Stephan. coni. Πελληνεῖς. Fortaffis in corrupto ifto πελλεῖς latet nomen proprium paraftatae cuiusdam. Cf. Mor. et Schneider.

Πελληνεὺς, *Pellenenfis.* A. 5, 2, 12. Φιλόξενος Πεληνεύς. Sed fcribendum eft Πελληνεύς. v. Valckenar. ad Theocrit. p. 352. E. 3, 2, 9. Δράκοντα Πελληνέα. 4, 2, 13. Πελληνεῖς funt in Lacedaemoniorum fociis. Cf. 6, 5, 29. et 7, 1, 4. §. 5. (Πελληνεῦσιν.) et 7, 2, 2. Accufatiuus Πελληνέας eft E. 7, 2, 11. 13. fed 7, 4, 17. τοὺς Πελληνεῖς. E. 7, 2, 11 — 14. cum Thebanis contra Phliafios militant. §. 16. Phliafii gene-

generose τὸν Πελληνέα πρόξενον — ἀφῆκαν ἄνευ λύτρων. §. 18. et 20. videntur Phliasii et Lacedaemonii Pellenensibus reconciliati. 7, 4, 17. diserte dicuntur iterum cum Lacedaemoniis societatem contra Arcades militantes habuisse.

Πελλήνη, *Pellene.* ¶ 1) vrbs Achaiae. E. 7, 1, 7. οἱ Θηβαῖοι — προσέβαλον πρὸς Σικυῶνα καὶ Πελλήνην. 7, 2, 18. 20. 7, 4, 18. ¶ 2) Sed E. 7. 5, 9. intelligenda est Πελλήνη alia, obscurior illa et in Laconica sita et Πελλάνα ἐν Τριπόλει dicta, quod demonstrarunt Palmerius in exercitatt. in auctores Graecos p. 76. et pene iusto prolixius Morus in examine quorundam locorum c. 9. Cf. Schneider.

Πελοπίδας, *Pelopidas.* E. 7, 1, 23 — 28. missus legatus ad regem impetrat, quae petierat. Sed Graeci non consentiunt. Cf. Plutarch. in Pelopida c. 30. sqq.

Πελοποννήσιοι, *Peloponnesii.* A. 1, 1, 6. ἄνδρας Πελοποννησίους Cyrus minor habet in exercitu. 6, 2, 6. ἄρχειν ἕνα Ἀθηναῖον Πελοποννησίων καὶ Λακεδαιμονίων. Sic saepe distinguuntur a Lacedaemoniis, E. 2, 2, 4. Λακεδαιμόνιοι καὶ οἱ ἄλλοι Πελοποννήσιοι. 3, 1, 3. στρατιώτας τῶν νεοδαμωδῶν — τῶν δὲ ἄλλων Πελοποννησίων. 3, 5, 6. Λακεδαιμονίους τε καὶ τοὺς ἄλλους ξυμμάχους τῶν Πελοποννησίων. Απ. 3, 5, 4. ἄνευ Λακεδαιμονίων τε καὶ τῶν ἄλλων Πελοποννησίων. E. 1, 1, 3 — 17. clade ab Atheniensibus afficiuntur. it. 1, 6, 24. apud Arginusas. 2, 4, 13. πάντες Πελοποννήσιοι δέκα ἔτη πολεμοῦντες. 2, 4, 19. Λύσανδρος — συνέλεγεν ὁπλίτας πολλοὺς Πελοποννησίων. §. 29. οἱ ἐν τῷ ἄστει — ἔχοντες ξυμμάχους Πελοποννησίους. 3, 5, 8. p. 183. Thebani ad Athenienses dicunt: ἡμῶν καὶ Πελοποννησίων ἡγεμόνες γένησθε. 6, 5, 1. ἐνθυμηθέντες οἱ Ἀθηναῖοι ὅτι οἱ Πελοποννήσιοι ἔτι οἴονται χρῆναι ἀκολουθεῖν Lacedaemonios.

Πελοπόννησος, *Peloponnesus.* A. 1, 4, 2. Κύρῳ παρῆσαν ἐκ Πελοποννήσου νῆες. Αγ. 2, 17. ἀναπετάσας τῆς Πελοποννήσου τὰς πύλας. Αθ. 2, 7. E. 3, 2, 13. 19. 4, 6, 2. τὸν ἐν Πελοποννήσῳ πόλεμον. 4, 6, 14. τὸν ἐκ Καλυδῶνος ἔκπλουν ἐς Πελοπόν-

λοπόννησον οἱ Ἀθηναῖοι ἐκώλυον. 5, 2, 13. 5, 4, 62. 63. 6, 2, 6. τὴν Κέρκυραν κεῖσθαι ἐν καλῷ — τοῦ εἰς Πελοπόννησον ἀπὸ Σικελίας παράπλου. 6, 3, 4. p. 383. λέγεται Τριπτόλεμος — τοῦ Δήμητρος καρποῦ εἰς πρώτην τὴν Πελοπόννησον σπέρμα δωρήσασθαι. 7, 1, 12. Ἀρκάδας, ὡς μόνοις αὐτοῖς Πελοπόννησος πατρὶς εἴη. 7, 4, 35. 7, 5, 1. τῶν ἄλλων Ἀρκάδων οἱ κηδόμενοι τῆς Πελοποννήσου — οἱ Θηβαῖοι ὡς ἀσθενεστάτην βουλόμενοι τὴν Πελοπόννησον εἶναι. §. 3. 5. 18.

* πελτάζειν, *peltam gestare, e peltastarum numero esse.* A. 5, 8, 3. ἐπήρετο αὐτὸν, εἰ ὁπλιτεύοι — πάλιν εἰ πελτάζοι. Πο. 4, 52. Stephanus in thesauro omisit hoc verbum. Sed legitur etiam in Maximi Tyrii diss. 7. p. 74. ed. Cantabrig. πελτάζουσι Θρᾶκες.

Πέλται, *Peltae*, vrbs Phrygiae maioris. A. 1, 2, 10. εἰς Πέλτας, πόλιν οἰκουμένην.

πελταστής, *cetratus.* Liuius 31, 36. *cetratos, quos peltastas vocant, in insidiis abdiderat.* Medium fere locum tenebant inter τοὺς ψιλοὺς et τοὺς ὁπλίτας. Nam Aeliano c. 2. et Arriano p. 12. auctoribus armatura eorum βαρυτέρα μὲν ἐστι τῶν ψιλῶν, κουφοτέρα δὲ τῶν ὁπλιτῶν. Cf. πέλτη et Suid. in v. ὁπλῖται. Π. 1, 4, 16. rex Assyriorum in venationem secum sumit πελταστὰς et equites in praesidium contra hostes. 1, 5, 5. μύριοι πελτασταὶ leguntur apud Persas in bellum. 5, 3, 13. Καδουσίων πελτασταὶ εἰς δισμυρίους. 8, 5, 5. et 6. sunt in castris Cyri a dextra et sinistra equitum. A. 1, 2, 6. ὁπλίτας χιλίους, καὶ πελταστὰς πεντακοσίους. 1, 10, 5. E. 1, 2, 1. πεντακισχιλίους τῶν ναυτῶν πελταστὰς ποιησάμενος. §. 2. οἱ πελτασταὶ, καὶ τῶν ὁπλιτῶν δύο λόχοι, βοηθήσαντες πρὸς τοὺς αὐτῶν ψιλούς. §. 4. 2. 4, 23. 3, 2, 2. 3. 13. 3, 4, 23. §. 24. οἱ πελτασταὶ, ὥσπερ εἰκὸς, ἐς ἁρπαγὴν ἐτράποντο. 4, 3, 8. 4, 4, 16. 17. 4, 5, 13. Iunguntur cum aliis leuis armaturae militibus, Π. 2, 1, 2. p. 87. πελταστὰς καὶ τοξότας — λογχοφόρους σὺν πελτασταῖς — τοξότας καὶ πελταστάς. p. 88. πελταστὰς καὶ τοξότας. 3, 2, 2. τοξόται ἢ πελτασταί. 4, 2, 16. πελτασταὶ ἢ τοξόται.

ζοντα τῆς ἄρχοι χώρας, καὶ προσόδους ποιοῦντα, np. non ſibi, ſed regi, cui ſubiectus erat. Αγ. 8, 8. ἐφαρμόσας τὰς δαπάνας ταῖς προσόδοις. Ιερ. 9, 8. αἱ πρόσοδοι αὔξοιντ' ἄν. 11, 4. προσόδους πλείονας γίγνεσθαι. Απ. 3, 11, 4. οἰκία προσόδους ἔχουσα, h. e. παρέχουσα. Ο. 1, 21. μηχανᾶσθαι προσόδους. c. ἀπὸ, Ο. 2, 11. εἰσὶ αἱ πρόσοδοι ἀπὸ τῶν τοιούτων. ¶ 5) *reditus publici, vectigalia.* Πο. 2, 1. αὕτη ἡ πρόσοδος τῶν καλλίστων ἔμοιγε δοκεῖ εἶναι. 4, 23. 24. 38. Ε. 6, 1, 3. ὁπότε περιγένοιτο τῆς προσόδου. Inprimis in plurali, Π. 8, 1, 4. τῶν προσόδων ἀμελεῖν. Peculiaris Xenophontis de hoc argumento libellus inſcribitur πόροι ἢ περὶ προσόδων. Πο. 1, 2. ἡ χώρα πέφυκεν οἵα πλείστας προσόδους παρέχεσθαι. 2, 7. τὰς προσόδους ἂν αὔξοιεν. 3, 6. αὐξήσεις τῶν προσόδων — πρόσοδοι γίγνεσθαι. 4, 1. §. 40. ὡς ἂν πλεῖστοι πρόσοδοι γίγνοιντο. Aem. Portus, „ſi codex eſt ſanus, inquit, eſt Atticiſmus in πλεῖστοι." Sed idem tamen malit πλεῖσται, vt etiam Steph. et Zeun. ediderunt. 5, 1. εἰ μέλλουσι πᾶσαι αἱ πρόσοδοι ἐκ πόλεως προσιέναι. §. 12. Ε. 6, 1, 2. Απ. 3, 6, 5. 6. c. ἀπὸ et ἐκ, Α. 7, 1, 17. προσόδου οὔσης — ἀπό τε τῶν ἐνδήμων καὶ ἐκ τῆς ὑπερορίας. Πο. 3, 13. ἀπὸ τούτων πρόσοδοι γίγνοιντο. §. 14. 4, 49. Ε. 5, 2, 12. p. 300. χρημάτων πρόσοδοι ἐκ λιμένων. Cf. ἄλυπος, ἀποδεκτήρ, αὔξησις, πόρος.

προσοικεῖν, *finitimum eſſe.* Πο. 1, 8. πόλεσι βάρβαροι προσοικοῦντες. Cf. Poll. 9, 37. Accuſatiuo rei inanimae hoc verbum iungi iubet Thomas Mag.

προσομιλεῖν, *conſueſcere, conſuetudine vti.* Ε. 1, 1, 21. ἰδίᾳ πρὸς Ἑρμοκράτην προσομιλοῦντες.

προσομνύναι, *praeterea iurare.* Α. 2, 2, 4. καὶ ὤμοσαν — οἱ δὲ βάρβαροι καὶ προσώμοσαν.

προσομολογεῖν, *concedere, aſſentiri.* Α. 7, 4, 18. victi πάντες προσωμολόγουν, *promittebant ſe facturos eſſe conditiones ipſis poſitas.*

προσορᾶν, *adſpicere, intueri.* Σ. 8, 18. ἡδέως προσορᾶν ἀλλήλους.

*προσόριος, v. πρόσορος.

προσορμᾶν, *impetum facere, hoſtiliter accedere.* Π. 1, 4, 21. ἐπεὶ σφᾶς ἴδοιεν προσορμήσαντας. Codd. Bodl. et Guelf. προορμήσαντας.

πρόσορος, *finitimus*. Π. 6, 1, 12. τὰ πρόσορα ὑμῖν — κτᾶσθε. All. προσόρια. Cf. Poll. 6, 113. et 9, 8.

προσοφείλειν, ¶ 1) *praeterea debere*. Π. 3, 2, 7. προσοφείλοντές σοι ἄλλας χάριτας. E. 1, 5, 4. τὸν προσοφειλόμενον μισθὸν) ἀπέδωκε. Steph. et Leuncl. malunt προσοφειλόμενον, quod et Moro probatur, et a Schneidero receptum eſt. ¶ 2) *inſuper aes alienum contrahere*. O. 20, 1. οὐδὲ δύνανται πορίζεσθαι, ἀλλὰ καὶ προσοφείλουσιν.

προσπαίζειν, *iocari cum aliquo*. Suid: προσπαίζω, δοτικῇ. Aπ. 3, 1, 4. προσέπαιζεν αὐτῷ λέγων. Steph. habet προσέπαιξεν. Sed quia Attici hac forma non vtuntur, Erneſtius malit προσέπαισεν. Cf. Ruhnken. ad Timae. lex. Plat. Perperam E. 3, 3, 3. nonnulli legunt προσπαίσας pro προσπταίσας.

προσπελάζειν, *appropinquare*. Suid: προσπελάζει· προσεγγίζει. K. 6, 19. παραθέοντα, ὅτῳ ἂν προσπελάζῃ, *in quemcunque incidat*. Cf. προπετάζειν, quocum confunditur.

προσπέμπειν, *mittere ad*. Π. 8, 5, 9. προσέπεμψε δὲ αὐτῷ τὴν θυγατέρα. Sic Π. 7, 4, 4. in Margg. et Cod. Guelf. προσέπεμψαν (vulgo ἔπεμψαν) πρὸς τὸν Κῦρον δεόμενοι. Etiam Zeun. recepit προσέπεμψαν.

*προσπερονᾶν, *affigere, annectere*. A. 7, 3, 10. ἄρτοι προσπεπερονημένοι ἦσαν πρὸς τοῖς κρέασι.

προσπίπτειν, ¶ 1) *impingere, auf etwas fallen*. Iπ. 7, 6. ἡ κνήμη, εἴ τι καὶ προσπίπτοι αὐτῇ, ὑπείκοι ἄν. ¶ 2) *accidere ad genua, pedibus ſe aduoluere*. De ſupplicibus. Heſych: προσπίπτω· λιπαρῶ, ἱκετεύω. Π. 4, 6, 2. p. 256. ἥκω πρός σε, καὶ ἱκέτης προσπίπτω. ¶ 3) *accurrere*. De flagitantibus, A. 7, 1, 14. milites turbulenti, ὡς εἶδον τὸν Ξενοφῶντα, προσπίπτουσι αὐτῷ καὶ λέγουσι. De eo, qui temere alios adit et compellat et cum iis loquitur, Π. 1, 4, 4. τὸ σκυλακῶδες, τὸ πᾶσι προσπίπτειν. Hutch. *aſſultando alludere*. Cf. Doruill. ad Charit. p. 44. ¶ 4) *incurrere*. K. 5, 28. lepus προσπίπτων λανθάνει πρὸς πολλά. ¶ 5) *aggredi, impetum facere*. Π. 5, 4, 20. εἰ βούλοιντο ἀθρόοι πῃ προσπεσεῖν. 7, 1, 18. πάντες προσπεσόντες in ipſo proelio ἐμάχοντο

χοντο. E. 1, 6, 20. ὡς ἐξαπιναίως προσπέσοι. 2, 4, 4. 5, 4, 33. προσπεσὼν (Marg. Steph. τρὶς πεσὼν) πρῶτος τῶν πολιτῶν — ἀπέθανε. 7, 1, 5. Ιπρ. 2, 8. c. dat. E. 3, 2, 3. προσπίπτουσι τοῖς ὁπλίταις. De apro; cf. Poll. 5, 79. K. 10, 8. ᾧ γὰρ ἂν cani προσπέσῃ, εἰς τοῦτον τὴν ὀργὴν κατέθετο. §. 13. ¶ 6) sectari, vel incidere in. Απολ. 30. φημὶ αὐτὸν — προσπεσεῖσθαί τινι αἰσχρᾷ ἐπιθυμίᾳ. ¶ 7) alicuius partes eligere. E. 7, 1, 30. προσπεσόντων αὐτῷ τῶν βελτίςων. Morus: cum eum rogarent, cum ei supplices fierent. ¶ 8) accidere, aduenire. E. 5, 2, 2. ἐφηδομένους, εἴ τις συμφορὰ προσπίπτοι. Cf. σφάλμα.

προσπλεῖν, adnauigare. Π. 6, 2, 5. Αἰγυπτίους προσπλεῖν — προσπλεῖν Κυπρίων ςράτευμα. E. 2, 2, 4. 6, 2, 5. τὰ προσπλέοντα. Dicitur enim tam de nauibus, quam de hominibus. E. 6, 2, 21. ὅτι προσπλέοιεν δέκα τριήρεις — τοὺς προσπλέοντας. §. 22. Cf. 5, 1, 23. 24.

προσπληροῦν, ¶ 1) copiarum numerum explere, supplementa mittere. Π. 5, 3, 13. Ὑρκάνιοι — ἱππέας προσεπλήρωσαν (Margg. et Cod. Guelf. ἐξεπλήρωσαν, quod Zeun. praetulit.) εἰς δισχιλίους. ¶ 2) insuper instruere. E. 1, 6, 3. πρὸς αἷς — ἔλαβε — προσεπλήρωσεν ἐκ Χίου — πεντήκοντα ναῦς.

προσπληροῦσθαι, ¶ 1) nautarum numerum explere. E. 5, 1, 24. ἐμβιβάσας τινὰς ναύτας — καὶ προσπληρώσασθαι κελεύσας, εἴ τις ἐνεδεῖτο. ¶ 2) naues insuper instruere. E. 5, 4, 66. ἐκ Κερκύρας ἄλλας προσεπληρώσατο.

προσποιεῖν, reddere, conciliare. E. 4, 8, 28. Φίλην Λέσβον προσποιήσαντες τῇ πόλει.

προσποιεῖσθαι, ¶ 1) sibi acquirere. E. 4, 8, 28. Χαλκηδονίους φίλους προσποιησάμενος. ¶ 2) propitium sibi reddere. Πο. 6, 3. ἐπερωτᾷν, τίνας θεῶν προσποιούμενοι, ταῦτα πράττοιμεν. ¶ 3) prae se ferre, sibi asserere. Π. 8, 2, 13. ὁ νικῶν in iudicio τῷ δικαίῳ προσεποιεῖτο νικᾷν. ¶ 4) sibi arrogare, profiteri. A. 2, 1, 6. προσεποιεῖτο ἐπιςήμων εἶναι τῶν περὶ τὰς τάξεις. Ιερ. 2, 16. προσποιεῖται τῆς βουλῆς μετεσχηκέναι. ¶ 5) simulare. Π. 2, 2, 1. extr.

extr. προσεποιούμην ζητεῖν. §. 5. ἐπὶ τοῖς προςποιουμένοις πλουσιωτέροις εἶναι, ἢ εἰσι. 5, 3, 7. A. 1, 3, 14. E. 5, 4, 48. Ιερ. 1, 38. O. 1, 20. δέσποιναι, προσποιούμεναι ἡδοναὶ εἶναι, *speciem voluptatum prae se ferentes*. Ιππ. 5, 12. §. 15. Φιλακτικὸν προσποιήσασθαι εἶναι. c. fut. A. 4, 6, 10. προσποιούμενοι ταύτῃ προσβαλεῖν. E. 5, 4, 20. Ιππ. 5, 15. προσποιούμενον πράξειν τι. Omnino v. Thom. Mag.

προσπολεμεῖν, *oppugnare, bello persequi*. A. 1, 6, 6. ἐγὼ αὐτὸν προσπολεμῶν.

προσπορίζειν, *denuo comparare, restaurare*. Aπ. 3, 6, 5. πρόσοδοι — εἴ τινες παραλείπονται, προσπορίσῃς.

προσπταίειν, *offendere, impingere*. v. Poll. 2, 199. Hesych: προσπταίοντες· προσκρούοντες, προσκόπτοντες. E. 3, 3, 3. Φυλάξασθαι, μὴ προσπταίσας (edd. vett. male προσπαίσας) τὶς χωλεύσῃ. Intell. τὸν πόδα, quem accusatiuum addit Plutarchus in Agesil. c. 3.

πρόσρησις, *salutatio*. Poll. 5, 137. ἀσπασμὸς, πρόσρησις. Cf. Hesych. Ιερ. 8, 3. τὴν ποτέρου πρόσρησιν μᾶλλον εὐφραίνειν τὸν ἀκούσαντα νομίζεις;

προσστέλλειν, v. προστέλλειν.

προστακτέον, *mandandum*. Ιερ. 9, 3. ἄλλοις προστακτέον εἶναι κολάζειν.

προστάσσειν, v. προστάττειν.

προστατεία, *praefectura, cura muneris publici*. Aπ. 3, 6, 10. ἄρτι ἀρχόμενος τῆς προστατείας. §. 1. erat ἐπιθυμῶν προστατεύειν τῆς πόλεως. O. 2, 6. μεγάλα τελεῖν — γυμνασιαρχίας καὶ προστατείας. Vterque Portus exponit *operum publicorum curationes, praefecturas*. Sed Leuncl. et Zeun. rectius interpretari videntur *patrocinia inquilinorum* f. τῶν μετοίκων. Suidas: οἱ τῶν μετοίκων Ἀθήνησι προεστηκότες, προστάται ἐκαλοῦντο. ἀναγκαῖον γὰρ ἦν ἑκάστῳ τῶν μετοίκων, πολίτην τινὰ Ἀθηναῖον νέμειν προστάτην. Item: νέμειν προστάτην· ἀντὶ τοῦ ἔχειν προστάτην. τῶν γὰρ μετοίκων ἕκαστος μετὰ προστάτου τῶν ἀστῶν τινος τὰ πράγματα αὐτοῦ συνῴκει, καὶ τὸ μετοίκιον κατετίθει. Cf. Plutarch. in Romulo c. 13. qui πάτρωνας interpretatur προστάτας, et πατρωνείαν f. patrocinium προστασίαν. it. Hesych. et Suid.

in v. ἀπροστασίου, vbi docent, contra eos, qui patrono carerent, inquilinos actionem fuisse datam.

προστατεῖν, *praeesse, regere.* Απ. 3, 4, 8. προστατεῖν ἑκάστους ἐπιτηδείους πράττειν. All. aliter locum legunt et interpretantur. Sed optime Schneiderus προστάττειν recepit e Stobaeo, et Brodaeo suadente edidit τὰ ἐπιτήδεια, h. e. *ea quae fieri debent, quae a quouis recte postulari possunt.* Cf. Schütz. Ιερ. 5, 1. Φοβοῦνται — μὴ ἐπιθυμήσῃ τὸ πλῆθος ὑπ' αὐτῶν προστατεῖσθαι. c. gen. Π. 8, 3, 11. Σύρων ὁ προστατῶν, *praefectus, regulus.* Απ. 1, 1, 8. τῆς πόλεως προστατεῖν. Σ. 4, 60. ὧν προστατοίη. De praefectis certaminum. Poll. 3, 140. ἀγωνοθέται, ἀθλοθέται, ἀγώνων διαθέται — προστάται. Α. 4, 8, 18. Δρακόντιον — δρόμου τε ἐπιμεληθῆναι, καὶ τοῦ ἀγῶνος προστατῆσαι. De eo, qui auctor est aliis et suadet, vel aliquid curat, Απ. 2, 7, 9. v. προστάτης.

προστατεύειν, ¶ 1) *praeesse.* c. gen. Ιερ. 11, 5. πόλεως ἧς προστατεύεις. §. 7. Απ. 3, 4, 6. ὅτου ἂν τις προστατεύῃ — εἴτε χοροῦ, εἴτε οἴκου, εἴτε πόλεως, εἴτε στρατεύματος προστατεύει. Ern. προστατεύοι. 5, 6, 1. 2. Ο. 12, 4. τῶν ἔργων προστατεύειν. ¶ 2) *imperio et auctoritate sua efficere, curare.* c. ὅπως, Π. 1, 2, 5. προστάται — προστατεύουσιν, ὅπως — ἀποτελῶσιν. Α. 5, 6, 11. it. praecedente gen. Π. 1, 6, 7. ἀνθρώπων ἄλλων προστατεύειν, ὅπως ἕξουσιν τὰ ἐπιτήδεια. Ιππ. 1, 7. ¶ 3) *principem esse, principatum tenere.* Ε. 3, 3, 6. οἱ προστατεύοντες sunt *principes coniurationis.* Sed de principatu Graeciae est Πο. 5, 6. ὠμῶς ἄγαν δόξασα προστατεύειν ἡ πόλις, *dominari, principatu vti.* c. ἐν, Απ. 2, 8, 4. οἱ ἐν ταῖς πόλεσι προστατεύοντες. ¶ 4) *procuratorem fieri.* Ο. 2, 9. ὥρα σοι προστατεύειν ἐμοῦ, *meam rem familiarem administrare* — κελεύεις με προστατεύειν σου, καὶ ἐπιμελεῖσθαι, ὅπως μὴ — πένης γένοιο.

προστάτης, ¶ 1) *praefectus, magistratus.* Π. 1, 2, 5. προστάται et ἄρχοντες tanquam synonyma inter se permutantur. 8, 8, 3. ὁποῖοι οἱ προστάται, τοιοῦτοι καὶ οἱ ὑπ' αὐτούς. Πο

Πο. 1, 1. E. 2, 3, 20. Απ. 3, 4, 6. c. gen. E. 4, 8, 28. προςάται πάσης τῆς Λέσβου ἔσονται. Ιερ. 11, 7. ἄλλους προςάτας πόλεων. Απ. 1, 2, 32. προςάτης γενόμενος πόλεως. §. 40. Περικλεῖ προςάτῃ τῆς πόλεως. E. 3, 2, 20. τῷ τοῦ δήμου προςάτῃ Elide. 5, 2, 3. τοὺς ἐν Μαντινείᾳ τοῦ δήμου προςάτας. §. 6. τῶν τοῦ δήμου προςατῶν. 7, 4, 33. De imperatore et ducibus, Π. 7, 2, 7. p. 419. τῶν δεομένων μου προςάτην γενέσθαι — εἵλοντό με προςάτην τοῦ πολέμου. A. 7, 7, 19. De iis, qui habent imperium Graeciae, Πο. 5, 6. ὑπὸ τῶν νησιωτῶν προςάται τοῦ ναυτικοῦ ἐγενόμεθα. E. 3, 1, 2. Lacedaemonii πάσης τῆς Ἑλλάδος προςάται. ¶ 2) *inſpector, vindex, praeſes*, qui Gallice vocatur *Garant*. E. 5, 1, 33. Λακεδαιμόνιοι — προςάται τῆς ὑπὸ βασιλέως καταπεμφθείσης εἰρήνης. ¶ 3) *auctor, ſuaſor, curam gerens*. c. ὅπως, Απ. 2, 7, 9. ἐὰν προςάτης ᾖς ὅπως ἐνεργοὶ ὦσι. Ern. et Schneider. e Codd. edidere προςατήσῃς. Valckenar. coniecerat ἐπιςάτης, quod dicitur de operis inſpectore. ¶ 4) i. q. πρωτοςάτης, *in prima acie collocatus*. E. 2, 4, 10. p. 110. τοῖς προςάταις ἐκ τοῦ ἴσου μάχεσθαι. Goldhagen monet, legendum eſſe πρωτοςάταις, idque recipit cum Moro Schneiderus. Ιπρ. 2, 2. δεκαδάρχους καταςῆσαι — καὶ τούτους μὲν προςάτας δεῖ εἶναι. Leuncl. et Zeun. malunt πρωτοςάτας. Sed nihil monent Π. 3, 3, 19. vbi Cyrus ad οὐραγοὺς dicit: χώραν ἔχετε οὐδὲν ἧττον ἔντιμον τῶν προςατῶν.

προστάττειν, ¶ 1) *imperare, iubere*. Thom. Mag: ἐπιτάττω κάλλιον, ἢ προςάττω. ¶ a) ſine caſu. Αγ. 1, 22. προςέταττε, ὅσα ἐλεύθεροι — πείθονται. Saepe ſic paſſiuum, v. c. Π. 2, 2, 3. πρὶν εἰδέναι τὸ προςαττόμενον, πείθονται. v. πιθανὸς nr. 4. 7, 5, 22. τῶν προςασσομένων. 8, 6, 2. διαπεφυλάκασι τὰ προςαχθέντα. Λ. 5, 2. E. 1, 7, 10. p. 60. τοὺς οὐ πράξαντας τὰ προςαχθέντα — πρᾶξαι τὰ προςαχθέντα. Ιερ. 7, 2. Απ. 3, 5, 6. καραδοκοῦντες τὰ προςαχθησόμενα. Ιπρ. 9, 6. ¶ b) c. dat. A. 1, 6, 10. ἐξῆγον αὐτὸν, οἷς προςετάχθη. E. 1, 7, 3. τὴν ἀναίρεσιν τῶν ναυαγῶν προςτάξαιεν

ξαιεν — ἀνδράσιν — οἷς προσετάχθη. Ιερ. 10, 4. ἐν — τῶν προστεταγμένων τοῖς μισθοφόροις. Sed Π. 8, 4, 5. προσταχθέν τι ἤδη σοι, est pro ὑπό σου. ¶ c) c. inf. Αγ. 1, 22. τοῖς διὰ γῆρας καταλειπομένοις αἰχμαλώτοις προσέταττεν ἐπιμελεῖσθαι αὐτῶν. Sunt enim datiui absoluti, vt iam Hutch. et Bach. viderunt. Λ. 11, 2, ὅτα ἡ στρατιὰ δεηθείη — προστέτακται ἁμάξῃ παρέχειν, *constitutum est ex Lycurgi legibus.* ¶ d) c. dat. et inf. Π. 1, 2, 2. πλεῖσται πόλεις ἀφεῖσαι — ἔπειτα προστάττουσι (all. Zeunio iudice minus eleganter ἐπιτάττουσι) αὐτοῖς μὴ κλέπτειν. §. 6. 2, 3, 2. τοῖς μὴ θέλουσιν ἑαυτοῖς προστάττειν, ἐκπονεῖν τἀγαθὰ, ἄλλους αὐτοῖς ἐπιτακτῆρας δίδωσι deus. E. 4, 8, 12. προστάξαντες αὐτῷ (Margg. αὐτὸν) ταῦτα διδάσκειν. Ιερ. 9, 4. O. 2, 6. τὴν πόλιν σοι προστάττουσαν μεγάλα τελεῖν. 4, 6. οἷς ὡπλίσθαι προστέτακται. 17, 9. Σ. 4, 30. προσετάττετό μοι δαπανᾶν ὑπὸ τῆς πόλεως. Ιπ. 2, 5. προστετάχθω τῷ ἱπποκόμῳ — διάγειν. ¶ e) c. dat. pers. et acc. rei, Π. 4, 5, 11. ἔργον τι αὐτῷ προστάξαι. 7, 1, 10. τοὺς ἐκ πλαγίου hostes. ἄλλοις πρόσταξον, *aliis assigna inuadendos.* Possit tamen accusatiuus ille etiam pro absoluto haberi. 8, 7, 3. p. 543. Λ. 6, 2. μηδὲν αἰσχρὸν προστάττειν τοῖς παισίν. E. 4, 1, 16. ἐάν μοι τὴν ἀρχὴν προστάττῃ, *mandet.* O. 9, 16. εἰ πλείω αὐτῇ πράγματα προστάττω. 17, 11. τοῖς ἀσθενεστέροις πᾶσι μείω προστάττειν πράγματα. Markland. ad Lys. p. 532. ed. Reisk. malebat προστάγματα. Sed προστάττειν προστάγματα non est Xenophonteum. Vnde passiuum: Απ. 1, 7, 4. προστάττεσθαι αὐτοῖς μείζω, ἢ κατὰ δύναμιν. O. 4, 6. ᾧ τοῦτο προστέτακται. Ιπρ. 7, 15. νομίζοντες σφίσι τοῦτο προστετάχθαι. ¶ f) De deo et natura, O. 7, 23. τὰ ἔνδον ἔργα αὐτῇ προστάξαι μοι δοκεῖ ὁ θεός. §. 24. τῇ γυναικὶ ἐνέφυσε καὶ προσέταξε τὴν — τροφήν. §. 25. Passiuum: O. 7, 29. ἃ ἑκατέρῳ προστέτακται ὑπὸ τοῦ θεοῦ. §. 32. ἔργα ὑπὸ τοῦ θεοῦ προστεταγμένα. Cf. ἀπέρχεσθαι et νόμος. ¶ 2) *insuper imponere, imperare.* O. 2, 6. v. εἰσφορὰ nr. 2. ¶ 3) *praecipere.* De scriptore, Ιπρ. 5, 3. ὅπως μὴ προστάττειν δοκῶ ἀδύνατα. ¶ 4) προστάττομαι, *mihi imperatur.*

ἐπρ. E. 2, 3, 18. p. 95. ἔφασαν, προσαχθέντα με ὑφ' ἑαυτῶν οὐκ ἀνελέσθαι τοὺς δυσυχοῦντας. Leuncl. *me, licet ab iis iuſſum.* Margg. προσαχθέν μοι, vbi ſupplendum eſſet κατά. Π. 8, 4, 5. pro ὃ δὲ πράττοιμι in Margg. eſt ἃ δὲ προσαττοίμην. Permutatur προσάττειν etiam c. προσατεῖν. v. ibi.

*προστελεῖν, *praeterea impendere, inſuper ſoluere.* A. 7, 6, 21. εἰ ὁ συμπαρέχων ὑμῖν ταύτην τὴν ἀσφάλειαν, μὴ πάνυ πολὺν μισθὸν προσετέλει.

προστέλλειν, *adſtringere, contrahere.* K. 4, 1. canes habeant ἰσχία — ἔνδοθεν προσεσαλμένα. Haec lectio a Stephano eſt profecta. Edd. vett. et Poll. 5, 59. probante Kuhnio habent eodem ſenſu προεσαλμένα.

προστερνίδιον, *pectoris tegumentum* ſ. *munimentum, pectorale.* Iungitur aliis equorum armis Π. 6, 4, 1. 7, 1, 1. A. 1, 8, 4. Ιπ. 12, 8. vt ap. Poll. 1, 140.

προστιθέναι, ¶ 1) *addere.* Π. 6, 1, 17. προσέθηκε καὶ δρέπανα, *fabricari iuſſit ad currus.* E. 6, 1, 3. ὁπότε ἐνδεὴς εἴη, παρ' ἑαυτοῦ προσετίθει, *de ſuis ſupplebat.* Αθ. 3, 8. κατὰ μικρὸν τὸ μὲν ἀφελεῖν, τὸ δὲ προσθεῖναι legibus. §. 9. c. dat. Π. 2, 4, 9. ἐμὲ πέμψαι ἱππέας μοι προσθεὶς, *cum equitibus.* 8, 6, 7. E. 4, 8, 9. Ιπ. 10, 7. τροχοὺς τῷ λείῳ προσίθεμεν. c. πρὸς, E. 1, 5, 4. εἰ πρὸς τὸν μισθὸν ἑκάστῳ ὀβολὸν προσθείης. De ſermone, Π. 4, 1, 11. τά τε ἄλλα ἀπήγγελλε καὶ προσετίθει, ὅτι αὐτὸς etc. Σ. 2, 27. προσέθηκε ὁ Φίλιππος, ὡς χρὴ — μιμεῖσθαι. ¶ 2) *attribuere, inſuper tribuere.* O. 4, 8. τούτοις praeter priorem regionem τὴν ἄλλην γῆν προσίθησι in praemium. ¶ 3) *annumerare.* Απ. 4, 2, 34. προσθήσομεν αὐτῷ κάλλος ἢ ἰσχὺν, *ad felicitatem referamus.* §. 35. ¶ 4) *adſuefacere, docere.* Απ. 2, 1, 3. τὸ ἐγκρατῆ εἶναι — ποτέρῳ ἂν προσθείημεν; — τὸ μὴ φεύγειν τοὺς πόνους, ποτέρῳ ἂν προσθείημεν; Cf. προσθετέον. ¶ 5) *applicare.* Απ. 1, 4, 5. de deo: προσθεῖναι αὐτοῖς (hominibus) δι' ὧν αἰσθάνονται — ῥῖνες προσετέθησαν. Olim legebatur προετέθησαν. §. 11. dii ἀνθρώπῳ καὶ χεῖρας προσέθεσαν. 4, 3, 11. ¶ 6) *admouere.* c. πρὸς, v. σῶμα. ¶ 7) *adhibere.*

Ιερ. 9, 4. ἀνάγκην προστιθέναι τοῖς ἐνδεῶς τι ποιοῦσιν, *vim adhibere, cogere, punire*. Cf. ἀνάγκη. ¶ 8) *legibus constituere*. Λ. 10, 1. ἐπὶ τῷ τέρματι τοῦ βίου τὴν κρίσιν τῆς γεροντίας προθεὶς (Marg. Leuncl. προθείς), ἐποίησε μηδὲ ἐν τῷ γήρᾳ ἀμελεῖσθαι τὴν καλοκἀγαθίαν. Etiam saepius confunditur c. προτιθέναι. v. προτιθ. et προτείνειν nr. 3.

προστίθεσθαι, ¶ 1) *sibi addere, sibi adiungere*. Π. 3, 4, 8. p. 131. μὴ καὶ τοῦτον πολέμιον πρὸς τοῖς ἄλλοις προσθώμεθα. 4, 5, 15. p. 251. ἰσχὺν ἡμῖν αὐτοῖς προσθησόμεθα. ¶ 2) *suffragium suum addere, suffragio suo accedere* s. *comprobare*. Intelligendum enim est ψῆφον. Α. 1, 6, 10. ταύτῃ τῇ γνώμῃ ἔφη καὶ τοὺς ἄλλους προσθέσθαι. v. Hutch. ad h. l. qui praeter alios laudat locum Luc. 23, 51.

προστρέχειν, ¶ 1) *accurrere*. Π. 7, 1, 8. Ἀβραδάτης προσῆλθεν αὐτῷ, προσέδραμον δὲ καὶ οἱ ἄλλοι. Ε. 3, 1, 15. προσδραμὼν σὺν τῇ ἑαυτοῦ τάξει. 4, 1, 18. c. dat. Α. 4, 3, 8. Ξενοφῶντι προσετρεχέτην (Cod. Guelf. et edd. vett. προτρεχέτην, all. προσέτρεχον) δύο νεανίσκω. c. πρός, Π. 1, 3, 10. πρὸς τὸν πάππον προσδραμεῖν. ¶ 2) *aggredi*. Π. 5, 4, 20. πρὸς τοὺς ἐγγὺς καὶ προσδραμεῖν καὶ πάλιν ἀπελθεῖν.

προστυγχάνειν, *forte occurrere, superuenire*. Π. 6, 3, 1. εἴ τι ὑπολείποιτο, οἱ προστυγχάνοντες τῶν ἀρχόντων ἐπεμέλοντο.

προσφαίνεσθαι, *apparere, praesto esse*. Π. 4, 5, 18. ἀκούσαντες τοῦ κηρύγματος, ἄσμενοι πολλοὶ προσεφάνησαν. Margg. προεφάνησαν. Minus recte.

προσφέρειν, ¶ 1) *afferre*. Π. 6, 4, 1. προσφέρει αὐτῷ ἡ Πάνθεια χρυσοῦν κράνος donatura. 8, 3, 20. προσέφερέ τι αἰεὶ ad augendam rem familiarem. Αγ. 2, 13. τετρωμένος προσηνέχθη πρὸς τὴν φάλαγγα. Ε. 4, 3, 13. pro eo est προσενήνεκτο. Σ. 2, 7. 5, 2. τὸν λαμπτῆρα ἐγγὺς προσενεγκάτω. Steph. inserit τις, quod tamen facile potest intelligi. Cf. ἀντιπροσφέρειν, ἐκφέρειν nr. 1. et πῦρ. Refertur ad res abstractas, Ιπ. 9, 10. ἐπὶ κλωσμῷ τὰ πρᾳέα, ἐπὶ ποππυσμῷ τὰ χαλεπὰ προσφέροι. §. 11. ἐκείνῳ θορυβῶδες μηδὲν προσφέρειν. 10, 13. οὐδὲν χαλεπὸν προσφέρειν. ¶ 2) *offerre*,

ferre, praebere, apponere. Π. 1, 3, 7. pincernae τὴν φιάλην προσφέρουσιν, ὡς ἂν ἐνδοῖεν. §. 8. προσενεγκεῖν καὶ ἐνδοῦναι τὴν φιάλην. Απ. 3, 11, 13. ἐὰν δέ τις προσφέρῃ λιμὸν ἐμποιήσας. §. 14. τοῖς κεκορεσμένοις μήτε προσφέροις. Ιπ. 9, 11. ἄριςα καὶ δεῖπνα προσφέρειν. Κ. 6, 2. ὅταν μὴ τὰ προσφερόμενα δέχωνται ἡδέως, *cibos.* Cf. ἄριςον. c. inf. Π. 7, 1, 1. τῷ Κύρῳ προσήνεγκαν οἱ θεράποντες ἐμφαγεῖν καὶ ἐμπιεῖν. ¶ 3) *admouere.* Ιπ. 6, 7. τὸ ςόμιον τῇ ἀριςερᾷ προσφερέτω. Cf. ςόμα. ¶ 4) *inferre.* v. χεὶρ nr. 1. o. ¶ 5) *infligere, obiicere.* v. προβόλιον. ¶ 6) *pendere, insuper pendere.* Πο. 2, 1. μέτοικοι οὐ λαμβάνουσι μισθὸν, ἀλλὰ μετοίκιον προσφέρουσι. ¶ 7) *lucrum et reditus afferre, einbringen.* Πο. 4, 15. ἀνδράποδα elocata προσέφερε αὐτῷ μνᾶν. ¶ 8) προσφέρειν λόγον, *appellare, solicitare.* v. λόγος nr. 5.

προσφέρεσθαι, ¶ 1) *ori suo admouere, sumere.* Π. 4, 2, 19. p. 224. τοσοῦτον σῖτον προσφέρεσθαι. Απ. 3, 11, 13. τῶν βρωμάτων τὰ ἥδιςα ἐάν τις προσφέρηται πρὶν ἐπιθυμεῖν. Edd. vett. προσφέρῃ, vt paulo poſt in omnibus edd. legitur. Σ. 4, 41. ¶ 2) *ſe inferre, irruere.* Π. 1, 4, 8. κάπρον προσφερόμενον. 2, 4, 17. p. 137. Ε. 5, 3, 7. ἀντιπάλοις μετ' ὀργῆς — προσφέρεσθαι. Κ. 10, 9. ἥτις ἂν τῶν κυνῶν προσφέρηται αὐτῷ πρὸς πρόσωπον. ¶ 3) *accurrere, appellere.* Π. 5, 4, 3. ὥσπερ εἰς λιμένα ἐκ χειμῶνος προσφέρεσθαι. ¶ 4) *adhibere.* Ο. 14, 6. v. προφέρεσθαι. ¶ 5) *ſe gerere erga aliquem, vti, tractare.* Π. 4, 2, 9. ὡς ἂν ὁρῶσιν αὐτοὺς προσφερομένους, οὕτω καὶ αὐτοὶ ποιήσουσι. c. dat. Π. 7, 2, 6. τἀναντία προσηνέχθην τῷ Ἀπόλλωνι. 8, 1, 8. τοῖς μὴ παροῦσιν οὕτω προσεφέρετο, np. vt puniret. Α. 5, 5, 10. οὐ γὰρ ὡς φίλιοι προσεφέροντο ἡμῖν. Απ. 3, 11, 11. Ιπ. prooem. ὀρθότατα ἵπποις προσφέρεσθαι. 6, 13. c. πρὸς, Α. 7, 1, 5. πρὸς τοὺς διαμένοντας προσφερέσθω ὡς ἂν αὐτῷ δοκῇ. Αγ. 7, 2. ¶ 6) *agere cum aliquo, conuerſari.* Απ. 3, 7, 8. τούτοις (i. e. τῷ δήμῳ) μηδένα τρόπον οἴει δυνήσεσθαι προσενεχθῆναι oratione ad populum habenda. Verti h. l. poſſit *in concionibus verſari.*

4, 2,

4, 2, 1. ὡς προσεφέρετο αὐτοῖς, *quomodo iis vſus ſit, cum iis diſſeruerit.* ¶ 7) *reſpondere.* Π. 4, 5, 15. Κῦρος πρὸς τοῦτον τὸν λόγον ὧδε προσηνέχθη.

προσφιλὴς, *gratus, acceptus.* v. Wetſten. ad Philip. 4, 8. Πο. 5, 1. προσφιλεστέραν aliis — ποιήσειε τὴν πόλιν. 6, 1. προσφιλέστεροι τοῖς Ἕλλησι γενησόμεθα. Ο. 5, 10. οἰκέταις προσφιλεστέρα, γυναικὶ ἡδίων, τέκνοις ποθεινοτέρα, φίλοις εὐχαριστοτέρα. 15, 4. τὴν γεωργίαν — προσφιλεστάτην θεοῖς τε καὶ ἀνθρώποις.

προσφιλῶς, *amice, amanter.* Poll. 3, 63. προσφιλῶς δὲ Ξενοφῶν εἴρηκε. Απ. 2, 3, 16. προσφιλῶς χρώμενος (ἀνθρώποις), *humaniter tractans.* Ε. 2, 3, 18. p. 99. εἰ τὸ κράτιστον τῆς πόλεως προσφιλῶς ἡμῖν εἶχε, *nobis faueret.* Superl. Ιπ. 1, 1. ἄρξειας ἄν, σαυτῷ καὶ φίλοις — προσφιλέστατα.

***προσφορεῖν**, *afferre, apportare.* Ε. 7, 2, 8. προσφοροῦντες τῶν δραγμάτων ἃ ἔτυχον — τεθερισμένα.

πρόσφυσις, *adhaeſio.* Ιπ. 1, 11. ἡ ὑψηλὴ ἀκρωμία equi — τοῖς ὤμοις καὶ τῷ σώματι equitis ἰσχυροτέραν τὴν πρόσφυσιν παρέχεται, *facit vt firmius adhaereat.*

***προσχαρίζεσθαι**, *obſequi, ſatisfacere.* Ο. 13, 9. τῇ γαστρὶ αὐτῶν (ſeruorum) ἐπὶ ταῖς ἐπιθυμίαις προσχαριζόμενος ἂν πολλὰ ἀνύτοις παρ' αὐτῶν.

προσχωρεῖν, ¶ 1) *accedere.* Απ. 4, 3, 8. ſol dicitur τρέπεσθαι καὶ προσχωρεῖν. c. εἰς, Ε. 7, 4, 17. πάλιν προσκεχωρήκεσαν οἱ Πελληνεῖς εἰς τὴν τῶν Λακεδαιμονίων συμμαχίαν. Praepoſitionem εἰς addidit Stephanus. ¶ 2) *partes ſequi.* Ε. 1, 2, 3. ἐπορεύοντο ἐς Κολοφῶνα· Κολοφώνιοι δὲ προσεχώρησαν, ſcil. αὐτοῖς. 4, 8, 30. τὰς μὲν (πόλεις) προσήγετο — ἐκ δὲ τῶν οὐ προσχωρουσῶν etc. 5, 2, 15. τὰς οὔπω προσκεχωρηκυίας πόλεις. Oppon. τὰς βεβιασμένας. c. dat. Ε. 1, 2, 12. ἀποστάντες πάλιν προσεχώρησαν αὐτῷ. 3, 1, 4. 3, 2, 18. 20. 7, 5, 9. ¶ 3) *ſe dedere.* Α. 5, 4, 17. οἱ δὲ ἑκόντες προσεχώρουν. Ε. 1, 6, 9. ¶ 4) *in ditionem venire.* Π. 5, 5, 9. p. 331. φρούρια τὰ σὰ, πρότερον — συγκατασπασθέντα, νῦν τἀναντία σοι προσκεχωρηκότα. ¶ 5) Legitur pro προχωρεῖν. v. προχ. nr. 3.

προσχωρεῖσθαι, *dedere se.* E. 7, 4, 16. ἀναπειθόμενοι, ὡς ἡ πόλις προσχωρήσοιτο.

πρόσχωρος, *finitimus.* Thomas: πρόσχωρος λέγε, μὴ πλησιόχωρος. Sed Pollux 6, 113. probat vtrumque. Π. 4, 5, 13. τινὲς τῶν προσχώρων. Margg. πλησιοχώρων. 5, 3, 13. Α. 5, 3, 10. πάντες οἱ πολῖται, καὶ οἱ πρόσχωροι, ἄνδρες καὶ γυναῖκες. Edd. vett. male πρόχωροι.

πρόσω, ¶ 1) *procul.* Hesych: πρόσω· πόῤῥω, ἔμπροσθεν, μακρὰν, εἰς τοὔμπροσθεν. Suid: πρόσω· ἀντὶ τοῦ, ἀποτέρω. Π. 2, 3, 8. πότερον ἐπεὶ ὁμοῦ ἐγένοντο, ἢ ὅτε πρόσω ἦσαν — ὅτε πρόσω ἦσαν. 2, 4, 14. ἀπενεγκὼν ἐπὶ λόφον τινὰ οὐ πρόσω. 4, 3, 4. p. 232. πρὶν πρόσω (Margg. πόῤῥω) γενέσθαι. 6, 1, 14. ὡς ἐν ἀσφαλεῖ εἶεν, εἰ καὶ πρόσω τῇ ἰσχύϊ ἀποστρατοπεδεύσαιντο, *procul ab iis.* Datiuus pendet ab omissa praepositione σύν. 7, 1, 4. κατανοῶν ὡς πρόσω τὸν καμπτῆρα ἑκατέρωθεν ἐποιήσαντο, *nimis procul s. longo ambitu cornua flectendo a phalange abstrahere.* In sqq. est πολὺ ἀποσπᾶν τὰ κέρατα ἀπὸ τῆς φάλαγγος. A. 2, 2, 7. καπνὸς ἐφαίνετο ἐν κώμαις οὐ πρόσω. Leuncl. *non magno ex interuallo.* 4, 5, 2. 7, 3, 7. τῷ πρόσω οἰκοῦντι, *procul hinc habitanti.* O. 4, 6. τοὺς πρόσω ἀποικοῦντας. Ιππ. 4, 14. c. ἀπὸ, Π. 5, 4, 20. extr. πρόσω ἀπὸ τοῦ τείχους ἀπιέναι. c. gen. Π. 2, 4, 12. τὴν ἄλλην δύναμιν μὴ πρόσω ὑμῶν εἶναι. 7, 2, 7. ἐμοῦ — πρόσω Δελφῶν ἀπέχοντος. vbi tamen Δελφῶν possit etiam regi ab ἀπέχοντος. A. 3, 2, 13. Cf. ὅσος nr. 11. c. artic. Π. 6, 3, 3. τὰ πρόσω, *remotiora loca.* Ιππ. 5, 5. τὸ πρόσω, *remotum.* ¶ 2) *longe, vltra.* c. gen. A. 4, 3, 21. μὴ πρόσω τοῦ ποταμοῦ διαβαίνειν, *non longe in fluminis transitu progredi.* Sic Π. 1, 6, 19. p. 80. οὐκ οἴει ἂν πρόσω πάνυ ἐλάσαι τῆς — πλεονεξίας, *te plurimum profecturum esse.* c. artic. A. 1, 3, 1. ἰέναι τοῦ πρόσω, *vlterius.* Intelligi potest ἐπὶ τόπου. 5, 4, 17. ἐπορεύοντο εἰς τὸ πρόσω, *vlterius, prorsum.* ¶ 3) προσωτέρω, a) *longius, remotius.* Π. 7, 5, 3. ὅσω προσωτέρω ἐγίγνοντο. A. 7, 7, 1. ἀπεστρατοπεδεύσατο προσωτέρω a Graecis. Απ. 4, 3, 8. εἰ προσωτέρω ἄπεισιν,

si longius a nobis abiret. b) vlterius. A. 4, 3, 24. προσωτέρω τοῦ καιροῦ προϊόντες, vlterius quam commodum esset. ¶ 4) προσωτάτω, a) longissime, remotissime. Π. 7, 2, 1. ὅποι ἐδύναντο προσωτάτω. A. 6, 6, 1. c. ἀπὸ, Aπ. 1, 4, 6. ᾗ δυνατὸν προσωτάτω ἀπὸ τῶν αἰσθήσεων. b) quam maxime eminus. Π. 2, 1, 4. ὡς ὅτι προσωτάτω ταχθέντες μάχεσθαι. ¶ 5) In var. lect. permutatur c. πόῤῥω. v. supra nr. 1. et πόῤῥω nr. 2. it. πρόσω ἡγεῖσθαι c. προηγεῖσθαι. v. προηγεῖσθαι nr. 1. it. ἔτι πρόσω c. ἐπιπρόσω. v. ἐπιπρ.

πρόσωθεν, v. πόῤῥωθεν, et πρόσθεν nr. 8.

*προσωνεῖσθαι, praeterea emere. Πο. 4, 7. ἐπειδὰν ἱκανά τις κτήσηται — οὐ μάλα ἔτι προσωνοῦνται. Ex τις intelligi debet pluralis, nisi προσων. passiue accipiatur.

πρόσωπον, ¶ 1) os, facies. Π. 2, 2, 16. τὸ πρόσωπον τοῦ ἀνδρὸς ὑπερβάλλον αἴχει. 2, 3, 8. πληγὰς ἐν τοῖς προσώποις. Tribuitur equo, Iπ. 5, 4. ὁπόσα ἂν δυσκολῇ περὶ τὸ πρόσωπον ὁ ἵππος. ¶ 2) frons. K. 4, 8. τρίχα ἐπανθοῦσαν περὶ τὰ πρόσωπα canis. Margg. μέτωπα, fortassis e Polluce 5, 65. c. πρὸς, K. 10, 9. ἥτις ἂν τῶν κυνῶν προσφέρηται αὐτῷ πρὸς τὸ πρόσωπον, a fronte. c. κατὰ, Π. 1, 6, 19. p. 82. εἰ οἱ πολέμιοι φανεῖεν κατὰ πρόσωπον, ex aduerso. 4, 1, 8. p. 20.. οἱ μὲν κατὰ πρόσωπον — οἱ δ' ἐκ πλαγίου, aduersus nos, in acie opposita. 6, 3, 11. p. 387. τὴν κατὰ πρόσωπον τῆς ἀντίας φάλαγγος τάξιν ἔχειν, vbi duae τάξεις sunt a lateribus phalangis. 7, 1, 12. Iπ. 6, 3. κατὰ τὸ πρόσωπον, a fronte equi. Oppon. κατ' οὐρὰν et ἐκ πλαγίου. ¶ 3) vultus. Π. 1, 4, 24. ἑώρα τὸ πρόσωπον τοῦ πάππου ἠγριωμένον. 5, 2, 15. p. 286. 6, 4, 5. extr. ἄφοβον δεικνὺς καὶ σχῆμα καὶ πρόσωπον. 7, 1, 6. ἡδὺ ὑμῶν τὰ πρόσωπα θεάσασθαι. Aπ. 3, 10, 4. ὁμοίως ἔχειν τὰ πρόσωπα — φαιδροὶ — σκυθρωποί. §. 5. τὸ μεγαλοπρεπὲς καὶ ἐλευθέριον — διὰ τοῦ προσώπου διαφαίνει. Pluralis de vno, A. 2, 6, 7. τὸ συγγνὸν τό τε φαιδρὸν αὐτοῦ ἐν τοῖς (2 Codd. inserunt ἄλλοις) προσώποις ἔφασαν φαίνεσθαι. Plutarchus de discrim. adul. et amici c. 41. vbi ad h. l. respicit, habet πρόσωπον. Tribuitur canibus, K. 4, 2. ἀπὸ τῶν

τῶν προσώπων φαιδροὶ καὶ εὔςομοι. Cf. παραθαῤῥύνειν, σπουδάζειν, ἰςάναι.

προσωφελητέον, *iuuandum*. Ἀγ. 11, 8. ἐᾶν τὰ ἀλλότρια — καὶ τῶν ἑαυτοῦ προσωφελητέον εἶναι, *etiam de suis iuuandum esse*. Nam genitiuus pendet ab omisso ἐκ.

προτακτέον, *in fronte s. primo loco collocare oportet*. Ἀπ. 3, 1, 10. τοὺς φιλοτιμοτάτους προτακτέον. Paulo ante est πρώτους καθιςάντες et §. 8. πρώτους τάττειν

προτάττειν, *in prima acie collocare*. E. 2, 4, 10. p. 110. ἀκοντίζειν ὑπὲρ προτεταγμένων. Sic Π. 5, 3, 16. p. 299. τὸ προταχθὲν ἀποδιδράσκει, *qui primi s. in primo agmine incedunt s. incedere iussi sunt*.

προτάττεσθαι, *ante collocare in acie*. E. 6, 4, 10. προετάξαντο τῆς φάλαγγος τοὺς ἱππέας, *equites suos ante phalangem collocarunt*.

προτείνειν, ¶ 1) *protendere, tollere, porrigere*. v. Poll. 2, 160. Π. 4, 2, 11. παρῆσαν τὰς δεξιὰς προτείνοντες. οἱ δὲ — ἀντεδεξιοῦντο αὐτούς. 7, 5, 15. ὁπότε τις τῶν φίλων προφανείη, προτείνων Κῦρος τὴν χεῖρα, προσήγετο αὐτούς. E. 4, 1, 13. ¶ 2) *fruendum porrigere*. O. 5, 8. γεωργία — ἥδιον τὸν ἐπιμελόμενον δέχεται, προτείνουσα προσιόντι λαβεῖν ὅ τι χρήζει. ¶ 3) *praetendere, offerre*. Iπ. 6, 11. εἰ ἁρπάζει equus τὸν χαλινὸν αὐτόματος προτεινόμενον. Sic K. 10, 16. Zeun. auctore Stephano edidit προτεῖναι pro προθεῖναι vel προσθεῖναι. v. προτιθέναι nr. 3. Est etiam in var. lect. pro προὔπινον, v. προπίνειν.

προτελεῖν, ¶ 1) *pretium soluere ante rem diuenditam*. Ἀγ. 1, 18. οὐδὲν προτελέσαντες οἱ φίλοι αὐτοῦ — παμπληθῆ χρήματα ἔλαβον. ¶ 2) *ante impendere, ante erogare*. Πο. 3, 10. οἱ μνᾶν προτελέσαντες in argentifodinas, c. εἰς, Πο. 3, 9. ἀφ' οὗ ἂν προτελέσωσιν εἰς τὴν ἀφορμήν. ¶ 3) *prius dare*. A. 7, 7, 15. τί προτελέσας ἡμῖν συμμάχους ἡμᾶς ἔλαβες.

προτεραῖος, *prior*. Ammonius et Thom. Mag: προτέρα, ἐπὶ τάξεως· προτεραῖα δὲ, ἐπὶ μόνης ἡμέρας. quanquam etiam dicitur τῇ προτέρᾳ ἡμέρᾳ. v. Poll. 1, 65. Π. 4, 2, 3. τὴν προτεραίαν νύκτα ἀγρυπνήσαντες. A. 5, 4, 12. τῇ προτεραίᾳ (ἡμέρᾳ) ἐπράπησαν.

πηταν. E. 1, 1, 10. τῇ προτεραίᾳ (ἡμέρᾳ) ἐπειδὴ ὡρμίσαντο, *die ante eum, quo in portum ingressi erant, proximo.* 1, 7, 6. pro ἐν τῇ προτέρᾳ ἐκκλησίᾳ in margg. est ἐν τῇ προτεραίᾳ ἐκκλ. Sed vera praecepisse videntur grammatici. Nam §. 10. p. 59. est ἐν τῇ προτέρᾳ ἐκκλησίᾳ sine vlla lectionis varietate. Cf. πρότερος nr. 2.

πρότερος, ¶ 1) *prior.* Π. 2, 2, 2. p. 103. προελθὼν τοῦ λοχαγοῦ ἔμπροσθεν, πρότερος ἐπορεύετο. 8, 7, 3. p. 543. τῷ προτέρῳ γενομένῳ, *maiori natu.* A. 1, 4, 12. τοῖς προτέροις μετὰ Κύρου ἀναβᾶσι. 5, 4, 15. ἐν τῷ προτέρῳ (all. πρότερον) αἱρεθέντι χωρίῳ. 7, 8, 12. οὕτω τὰ πρότερα ἱερὰ ἀπέβη. Vbi poterat esse τὰ πρῶτα. E. 7, 2, 14. ἡμιλλῶντο ὅπως φθάσειαν — ἀφικόμενοι δὲ πρότερον οἱ ἱππεῖς. Haec lectio e margg. est desumta pro πρότεροι. Aπ. 2, 3, 12. 13. c. gen. Π. 4, 2, 19. p. 229. ἔξεστιν ὑμῖν προτέροις τῶν ἀπόντων ἀρίστου τυχεῖν, *prius quam absentibus.* A. 1, 2, 25. προτέρα Κύρου ἀφίκετο. Πο. 4, 12. E. 6, 5, 39. K. 1, 4. ¶ 2) τῇ προτέρᾳ, scil. ἡμέρᾳ, *pridie.* A. 2, 1, 3. τῇ προτέρᾳ ὁρμῶντο. Brodaeus coniiciebat τῇ προτεραίᾳ, vt est in Cod. Paris. Sed hac emendatione non opus esse patet ex Oudendorpii nota ad Thom. Mag. Cf. προτεραῖος. ¶ 3) πρότερον, ¶ a) *prius, ante.* Π. 7, 5, 16. πολὺ πρότερον ἢ οἱ φίλοι παρῆσαν. A. 1, 3, 18. οἵαπερ καὶ πρότερον (all. πρόσθεν) τοῖς ξένοις ἐχρῆτο. 3, 1, 6. οὐ πρότερον (all. πρῶτον) ἠρώτα. E. 3, 5, 8. p. 181. K. 9, 2. c. gen. E. 1, 5, 1. οἱ Λακεδαιμόνιοι πρότερον τούτων οὐ πολλῷ χρόνῳ — ἐξέπεμψαν. ¶ b) *citius, facilius.* Aπ. 2, 7, 2. πρότερον — ἐν τῇ ὁδῷ ζητῶν εὑρεῖν, ἢ δανειζόμενος λαβεῖν. ¶ 4) τὸ πρότερον et τὰ πρότερα, *antea, ante.* A. 4, 4, 9. ὅτε τοπρότερον ἀπῄεσαν. E. 5, 3, 15. Aπ. 3, 8, 1. τὸ πρότερον ἠλέγχετο. E. 1, 1, 18. προθύμους εἶναι καὶ τὰ λοιπὰ, ὥσπερ τὰ πρότερα. ¶ 5 In var. lect. est τῶν προτέρων pro τῶν πρόσθεν. v. πρόσθεν nr. 3. c. it. πρότερον pro πρῶτον. v. supra nr. 3. a. et πρῶτος nr. 10. b.

προτιθέναι, ¶ 1) *proponere, constituere.* Π. 2, 2, 10. σκοποῦντας τὰ ἔργα ἑκάστου πρὸς ταῦτα καὶ τὰς

τὰς τιμὰς προτιθέναι. Margg. προςιθέναι. Cf. ἆθλον. ¶ 2) *potestatem facere, permittere.* v. Doruill. ad Charit. p. 111. et Valckenar. ad Herodot. 8, 61. Απ. 4, 2, 3. τῆς πόλεως λόγον περί τινος προτιθείσης, np. per praeconem. Non aliter Ern. intellexisse videtur, formulam λόγον προτιθέναι vertens: *quaestionem ponere, aliquid deliberandum proponere.* Dicit enim id fieri, si populo in concionem conuocato, praeco potestatem dicendi facit de re proposita. E. 1, 7, 3. στρατηγοὶ βραχέως ἕκαστος ἀπελογήσατο. οὐ γὰρ προὐτέθη σφίσι λόγος κατὰ τὸν νόμον, *non iis licebat secundum legem dicere,* h. e. praescripto et legitimo tempore et modo. Ita exponit etiam Goldhagen: *die gesetzmässige Zeit wurde ihnen nicht gegeben.* Sic §. 10. p. 58. τῷ προδιδόντι ἔδοτε ἡμέραν ἀπολογήσασθαι — καὶ τἄλλα κατὰ τὸν νόμον προὔθετο — τοὺς δὲ στρατηγοὺς τούτων ἀποστερήσετε. Sed quia προὔθετο h. l. passiue esset accipiendum, quod durum esset, Steph. et Fr. Portus coniiciunt προὔθετε, Morus προὐτίθετο. Similiter E. 1, 7, 9. πρυτανέων οὐ φασκόντων προθήσειν τὴν διαψήφισιν — ὡμολόγουν πάντες προθήσειν, i. e. ἐπιψηφίσειν, vt est Απ. 1, 1, 18. vbi v. Hindenburg. Vtroque in loco edd. vett. habent προσθήσειν. ¶ 3) *dirigere.* K. 10, 16. προσφέρειν τὸ προβόλιον, καὶ προθεῖναι ἐντὸς τῆς ὠμοπλάτης. Steph. malit προτεῖναι, Leuncl. προθεῖναι. Cf. προςιθέναι nr. 5. et 8. Nam cum eo in var. lect. confunditur.

προτίθεσθαι, v. προτιθέναι.

προτιμᾶν, ¶ 1) *prae caeteris honorare, eximio honore ornare.* Π. 8, 6, 6. ἔσωσαν ἕδραις οἱ ἄριστοι προτετιμημένοι. §. 7. 8, 7, 3. p. 542. τὴν πατρίδα — ἐν τῇ Ἀσίᾳ προτετιμημένην. Oppon. ἰδιωτεύουσαν. Αγ. 1, 4. ἡ πόλις οὐδεπώποτε φθονήσασα τοῦ προτετιμῆσθαι αὐτούς. Λ. 15, 9. ὡς ἥρωας τοὺς Λακεδαιμονίων βασιλεῖς προτετιμήκασιν. Ιερ. 8, 5. τοῖς προτετιμημένοις μᾶλλον ἢ τοῖς ἐκ τοῦ ἴσου ἡμῖν. Απ. 2, 7, 14. τὸν κύνα προτιμᾶσθαι, np. meliore cibo. Απολ. 21. Cf. ἕδρα. c. πρὸ, E. 7, 1, 26. προὐτίμησε τὴν Ἦλιν πρὸ τῶν Ἀρκάδων. c. gen. Π. 8, 7, 8. p. 544.

p. 544. τοὺς γεραιτέρους προτιμᾶν, τῶν δὲ νεωτέρων προτετιμῆσθαι. Margg. ὑπὸ δὲ τῶν νεωτ. ¶ 2) *praeferre aliis.* Λ. 4, 3. ἄνδρας καταλέγει, διασαφηνίζων ὅτου ἕνεκα τοὺς μὲν προτιμᾷ, τοὺς δὲ ἀποδοκιμάζει. O. 13, 12. ἦν δ' ἴδω κολακεύμασί τινα (feruum) προτιμώμενον ab epitropo.

προτιμᾶσθαι, ¶ 1) *pluris aestimare, praeferendum putare.* c. πρὸ, Aπ. 2, 5, 3. τὸν δὲ πρὸ πάντων χρημάτων προτιμησαίμην ἂν φίλον μοι εἶναι. Margg. et all. πριαίμην. Zeun. coni. ποιησαίμην. c. gen. ibid. τὸν δὲ οὐδ' ἂν ἡμιμναίου προτιμησαίμην. Futurum passiue, c. πλέον, A. 1, 4, 14. τῶν ἄλλων πλέον προτιμήσεσθε στρατιωτῶν. ¶ 2) *dignitate antecellere.* c. gen. A. 1, 6, 5. Κλέαρχον — ὅς γε καὶ αὐτῷ καὶ τοῖς ἄλλοις ἐδόκει προτιμηθῆναι μάλιστα τῶν Ἑλλήνων.

προτρέπειν, *impellere, adhortari.* Poll. 1, 214. προτρέπειν πλεῖον ἢ ἐξαναγκάζειν. c. εἰς, Iπρ. 1, 26. Ἀθηναίους προτρέπειν εἰς φιλονεικίαν. c. ἐπὶ, Aπ. 3, 3, 15. τοὺς ἄνδρας ἐπὶ ταῦτα προτρέπειν. c. inf. Aπ. 1, 2, 64. τῆς ἀρετῆς προτρέπων ἐπιθυμεῖν. 1, 7, 1. ἀλαζονείας ἀποτρέπων — ἀρετῆς ἐπιμελεῖσθαι προέτρεπεν. 2, 1, 1. προτρέπειν τοὺς συνόντας ἀσκεῖν τὴν ἐγκράτειαν. 2, 5, 1. 3, 5, 3. ᾧ ἐπαιρόμενοι προτρέπονται τῆς ἀρετῆς ἐπιμελεῖσθαι. 4, 7, 9. Sic particip. Π. 1, 6, 17. τὸ προτρέπον πείθεσθαι, *quod obedientiam prouocat.* Cf. ἀποτρέπειν, cui opponitur.

προτρέπεσθαι, i. q. προτρέπειν. c. εἰς, Π. 2, 2, 7. νόμοι τοὺς πολίτας διὰ τοῦ κλαίοντας καθίζειν εἰς δικαιοσύνην προτρέπονται. v. Wetsten. ad Act. 19, 23. c. ἐπὶ, Aπ. 1, 4, 1. προτρέψασθαι ἀνθρώπους ἐπ' ἀρετήν. Vbi distinguitur a verbo προάγειν. v. ibi nr. 4. Aπ. 3, 3, 8. 4, 8, 11. c. πρὸς, Aπ. 4, 5, 1. προετρέπετο τοὺς συνόντας πρὸς ἐγκράτειαν. c. inf. Aπ. 1, 2, 32. οἱ τριάκοντα πολλοὺς προετρέποντο ἀδικεῖν. 2, 3, 12. τῶν φίλων τινὰ προτρέψασθαι minus verbis quam rebus — ἐπιμελεῖσθαι τῶν σῶν. 3, 5, 7.

προτρέχειν, ¶ 1) *procurrere.* A. 4, 7, 7. προέτρεχεν ἀπὸ τοῦ δένδρου, ὑφ' ᾧ ἦν. ¶ 2) *praecurrere.* A. 1, 5, 2. ἐπεί τις διώκοι, προδραμόντες

ἀνει-

ἀνειϛήκεσαν, *wenn sie eine Strecke gelaufen waren.* ¶ 3) *cursu anteuertere.* c. gen. A. 5, 2, 4. οἱ πελταϛαὶ προτρέχοντες ϛάδια πέντε τῶν ὁπλιτῶν. ¶ 4) In var. lect. confunditur c. προστρέχειν. v. ibi.

προτροπάδην, (poet. Port.) *cito et auerso vultu, effuse et sine respectu.* Hesych: προτροπάδην· εἰς τοὔμπροσθεν τετραμμένοι, ἢ φεύγων καὶ διώκων, ὡς ἐν μάχῃ. Suid: προτροπάδην· προθύμως, ἀμεταϛρεπτὶ, ἢ εἰς τοὔμπροσθεν. v. Zosim. 1, 34. extr. et 3, 20. et Poll. 1, 165. Απ. 1, 3, 13. φεύγειν προτροπάδην. Σ. 4, 50. est ἀμεταϛρεπτί.

*προϋπάγεσθαι, *antea sibi subiicere.* E. 7, 1, 29. Ἐπαμινώνδας βουληθεὶς τοὺς Ἀχαιοὺς προϋπαγαγέσθαι — ἔγνωκε ϛρατευτέον ἐπὶ τὴν Ἀχαΐαν. Morus *arte quadam impellere.* Minus bene, vt videtur. Schneiderus malit προσαγαγέσθαι.

προϋπισχνεῖσθαι, *ante promittere.* Π. 3, 3, 18. p. 186. θεοὶ — σωτηρίαν προϋπισχνοῦνται ἐν τοῖς ἱεροῖς.

προὔργου, *quod est operae pretium.* Hesych. interpretatur ὁμοίως ἑτοίμου, πρὸ ἔργου. Etymol. M. τῶν ἀναγκαίων, καὶ τῶν πρὸ ἔργου. Suid. πρὸ ἔργου, συμφέρον, πλέον. E. 7, 1, 2. p. 439. καταναυμαχοῦντες οὐδὲν προὔργου ἐποιεῖτε πρὸς τὸ τούτους καταπολεμῆσαι, *nihil quod sit operae pretium ad eos debellandos.*

προφαίνειν, *ostendere, proponere.* Π. 2, 1, 10. ἆθλα προὔφηνε τοῖς ταξιάρχοις — χιλιάρχους ἔσεσθαι. 4, 3, 3. εἰ κατάσχοιμεν τὰ νῦν προφαινόμενα, *praedam qua potiri iam possumus.* 4, 5, 8. ὁ θεὸς προφαίνει πολλὰ ἀγαθὰ, *praedam, quod nobis victoriam dedit et propitius est.* Ιερ. 1, 25. μετὰ χαρᾶς ἐμπιπλάμενος, ὅταν αὐτῷ προφανῇ τι, *vbi ei aliquid cibi oblatum fuerit.* Cf. ἆθλον.

προφαίνεσθαι, ¶ 1) *prospici, e longinquo apparere.* A. 1, 8, 1. ἀνὴρ — τῶν ἀμφὶ Κῦρον πιϛὸς προφαίνεται ἐλαύνων. ¶ 2) *ante conspici.* Π. 6, 3, 6. λέγων ὅτι ἱππέων τάξις μεγάλη ἐν τῷ πεδίῳ προφαίνοιτο, np. praeequitans. ¶ 3) *apparere, conspici.* Π. 7, 5, 15. ὁπότε τις — διωσάμενος τὸν ὄχλον προφανείη. 8, 3, 7. ἐκ τῶν πυλῶν προὐφαίνετο ὁ Κῦρος in pompa. §. 8. est

est προήει. Cf. προσφαίνεσθαι, pro quo perperam est in var. lect.

προφανὴς, *conspicuus*. Π. 4, 2, 8. λέγεται φῶς τῷ στρατεύματι ἐκ τοῦ οὐρανοῦ προφανὲς γενέσθαι, *apparuisse, oblatum esse.*

προφασίζεσθαι, *causari, praetexere, excusationis loco afferre.* c. acc. Π. 2, 2, 17. οὐ πώποτέ μοι οὔτ' ἀσχολίαν προὐφασίσατο. Α. 3, 1, 16. εἰ τάττετέ με ἡγεῖσθαι, οὐδὲν προφασίζομαι τὴν ἡλικίαν. Αγ. 7, 1. Ε. 5, 2, 2. Σ. 8, 5. c. ὅτι, Ο. 20, 14. προφασίσασθαι, ὅτι οὐκ ἐπίστανται (τὴν γῆν).

πρόφασις, ¶ 1) *praetextus, species, causa vana.* Π. 3, 1, 15. ἔχει μὲν προφάσεις τὰ ἡμέτερα ἀδικήματα, ὥστε ἀπιστεῖν ἡμῖν, *pro causis afferri possunt, cur nobis non credatur.* v. Wetsten. ad Ioh. 16, 22. Π. 7, 5, 26. p. 458. τίνα πρόφασιν ἔχοντες ἂν προελοίμεθα κακίονες γενέσθαι. Α. 1, 2, 1. πρόφασιν ἐποιεῖτο ὡς βουλόμενος — ἐκβαλεῖν, *simulabat.* c. gen. Π. 2, 1, 12. οὐκ ἐνῆν πρόφασις μειονεξίας ὥστε ὑφίεσθαί τινα. Α. 1, 1, 7. αὕτη ἄλλη πρόφασις ἦν αὐτῷ τοῦ ἀθροίζειν στράτευμα. Αθ. 2, 17. προφάσεις μυρίας ἐξεύρηκε τοῦ μὴ ποιεῖν. Ο. 20, 19. c. inf. Ε. 3, 5, 5. ἄσμενοι ἔλαβον πρόφασιν στρατεύειν ἐπὶ Θηβαίους. Steph. coni. τοῦ στρατεύειν. c. ἵνα, Α. 2, 3, 12. πολλὰς προφάσεις Κῦρος εὕρισκεν — ἵνα ὑμᾶς λάβοι. c. ὅτι, Ε. 7, 1, 23. ἐπὶ προφάσει, ὅτι — εἴη. c. ὡς, Π. 2, 2, 8. οὐδεμία σοι πρόφασίς ἐστιν ὡς οὐ παρεκτέον. ¶ 2) *commentum.* Π. 2, 4, 12. πρόφασιν κατασκευάσαι οὐκ ἀπίθανον. ¶ 3) *praetextus verus.* Nam in vtramque partem dicitur hoc nomen. Phauorin: πρόφασις, καὶ ἡ ἀληθὴς καὶ ἡ ψευδὴς αἰτία. Sic Thucyd. 1, 23. ἀληθεστάτην πρόφασιν. Α. 7, 6, 16. μὴ παρασχεῖν τούτῳ πρόφασιν δικαίαν μὴ ἀποδιδόναι ὑμῖν. Απ. 3, 6, 12. αὕτη σοι ἡ πρόφασις ἀρκέσει. ¶ 4) *causa.* Ε. 6, 4, 33. θάνατος ἐξαπιναῖος οὐκ ἔχων φανερὰν πρόφασιν, *cuius causa non patet.* Ιπ. 7, 16. μικρὰ πρόφασις ἀρκέσει πεῖσαι καὶ αὐτὸν καὶ ἵππον, *leuis causa, paruum momentum.*

προφέρειν et **προφέρεσθαι**, *proferre, proponere, allegare.* Ο. 14, 6. καὶ τούτων προφέρων ἔνια, καὶ ἄλλα τῶν βασι-

βασιλικῶν νόμων προφερόμενος, πειρῶμαι δικαίους — ἀπεργάζεσθαι τοὺς οἰκέτας. Ern. legendum putabat προσφερόμενος, quod ipſum Zeun. inuenit in Cod. Guelf. et ita explicabat: *ex his* (legibus) *quaedam proponendo* (idonea ad metum incutiendum) *et alia e legibus regiis adhibendo* (idonea ad alliciendum) *iuſtos efficere conor.*

*προφοβεῖσθαι, *timere.* Π. 1, 6, 19. p. 72. προφοβούμενον militibus μή τι σφαλῶσι. Margg. φοβούμενον.

προφορεῖσθαι, *huc illuc curſitare.* Schol. Ariſtoph. Auu. 4. et ex eo Suid: προφορούμενοι· δεῦρο κἀκεῖσε πορευόμενοι εἰς τἀναντία. προφορεῖσθαι γὰρ λέγεται τὸ παραφέρειν δεῦρο κἀκεῖσε τὸν σήμονα τοῖς διαζομένοις. Cf. Kuſter. ad h. l. et Poll. 7, 32. K. 6, 15. canes προφορούμεναι παρὰ τὰ αὐτὰ veſtigia. Weiſ. e Leunclauii coniectura edidit περιφορούμεναι.

προφυλακαί, *ſtationes ſ. excubiae ante muros vel vallum caſtrorum collocatae, excubiae exteriores.* v. Caſaub. ad Aeneae poliorcet. p. 1752. Sed Hutch. praepoſitionem negat vrgendam eſſe, cum iidem dicantur etiam φύλακες. Π. 3, 3, 13. ἐνέπιπτον εἰς τὰς προφυλακὰς αὐτῶν, *Vorpoſten.* §. 15. 6, 3, 4. E. 4, 1, 11. Ιππ. 7, 13.

προφύλακες, i. q. προφυλακαί. A. 2, 3, 1. ἐπεὶ ἦλθον πρὸς τοὺς προφύλακας — ἐπεὶ δ' ἀπήγγειλαν οἱ προφύλακες — εἶπε τοῖς προφύλαξι. 2, 4, 8. 3, 2, 1. 6, 4, 19.

προφυλάττειν, ¶ 1) *ante caſtra excubias agere.* Λ. 12, 3. τίς προΐοι νύκτωρ ἔξω τῆς φάλαγγος, ἐνόμισεν ὑπὸ Σκιριτῶν προφυλάττεσθαι. Ιππ. 4, 10. 7, 14. ¶ 2) *pro aliis excubias agere.* Ιερ. 10, 6. v. προκινδυνεύειν. Improprie et eleganter, c. gen. Ιερ. 6, 10. αὐτῶν (τῶν φυλάκων) προφυλάττουσιν οἱ νόμοι. Fr. Portus recte ait ſenſum eſſe hunc: *excubitores metu legum ſuum officium faciunt.* c. acc. Aπ. 2, 7, 14. canis ad oues: εἰ μὴ ἐγὼ προφυλάττοιμι ὑμᾶς. Steph. vult ὑμῶν. Sed Hindenb. bene monuit, compoſita ſaepe conſtrui vt ſimplex.

προφυλάττεσθαι, *praecauere.* Aπ. 1, 4, 13.

προφυλάττεσθαι λιμὸν, ἢ δίψος, ἢ ψύχη.

πρόχειρος, *ad vſum paratus.* Heſych: πρόχειρος· ἕτοιμος, εὐχερής. Π. 4, 2, 16. τὰς κοπίδας προχείρους ἔχοντες, *ſtrictos.* 8, 5, 5. οὐδὲν πρόχειρον ἔχοντες τῶν ὅπλων — πολλοῦ χρόνου δέονται εἰς τὴν ἐξόπλισιν, *ad manum ſ. in promtu habentes.*

προχοΐς, Heſychio quidem interprete, eſt i. q. ἀμὶς, h. e. *matula.* Et Gataker. miſcell. crit. 5, 5. „matulas etiam, in„quit, in triclinia infer„ri ſolitas, vbi compo„tationes longius extra„hebantur, ex priſcorum „monumentis notiſſi„mum eſt. Quidni ergo „et in Xenophonte ſic „intelligamus?" Sed Athenaeus 11, p. 496. C. haud dubie rectius προχοΐδας interpretatur κύλικας, laudans ipſum locum Π. 8, 8, 6. μηδὲ προχοΐδας εἰσφέρεσθαι εἰς τὰ συμπόσια. Ex iis, quae ſequuntur, videtur colligi poſſe, cogitandum eſſe de poculis paulo maioribus. Cf. Poll. 6, 14. vbi ſaltem προχοΐδιον recenſetur in οἴνου ἀγγείοις, et ſynonymum eſt κρατήρ. it. Briſſon. de reg. Perſ. principatu p. 218.

πρόχοος ſ. πρόχους, *aqualis, gutturnium.* Heſych: πρόχοι, προχόοι, ἤγουν ὑδρεῖαι. it. πρόχους· ξέστης. Cf. Hemſterhuſ. ad Poll. 10, 46. Oudendorpio ad Thom. Mag. in v. χοή placet forma acc. plur. πρόχους, quae reperitur Π. 5, 2, 3. in Cod. Leid. pro προχόους.

προχωρεῖν, ¶ 1) *procedere.* Ιπ. 7, 10. ὅταν προχωρεῖν σημήνῃ τῷ ἵππῳ. De tempore, Π. 8, 7, 1. οὕτω τοῦ αἰῶνος προκεχωρηκότος. Sed A. 7, 3, 13. ἐπεὶ προὐχώρει ὁ πότος, *cum ad pocula ventum eſt.* ¶ 2) *procedere, ſuccedere, von ſtatten gehen.* E. 2, 4, 20. οὕτω δὲ προχωρούντων, ſcil. τῶν πραγμάτων. Leuncl. et Fr. Port. *quum hic rerum ſucceſſus eſſet.* Goldhag: *bey dieſen Umſtänden.* 5, 2, 1. τούτων δὲ προκεχωρηκότων ὡς ἐβούλοντο. 7, 2, 1. 7, 4, 14. Απ. 1, 6, 8. οἰόμενοι καλῶς προχωρεῖν ἑαυτοῖς ἢ γεωργίαν, ἢ ναυκληρίαν. Sic Π. 8, 2, 5. ᾧ ὁ αὐτὸς — ὄψα ἄλλοτε ἀλλοῖα ποιεῖ, ἀνάγκη, τούτῳ ὡς ἂν ἕκαστον προχωρῇ, οὕτως ἔχειν, *vt fortuna ceſſit, wie es geräth.* ¶ 3) *feliciter cedere.* A. 6, 4, 14. ἴσως

ἂν τὰ ἱερὰ μᾶλλον προχωροίη ἡμῖν. Cod. Eton. προσχωροίη. Sed προχωρεῖν dici de sacrificiis, ostendit Hutch. In aliis deest μᾶλλον. E. 5, 3, 27. προκεχωρηκότων δὲ τοῖς Λακεδαιμονίοις, scil. τούτων, *cum Lacedaemoniis haec prospere cessissent.* ¶ 4) *agi, transigi.* Π. 2, 3, 7. ταῦτα μὲν δὴ οὕτω προὐκεχωρήκεσαν. All. melius προὐκεχωρήκει. ¶ 5) *licere.* Π. 3, 2, 14. ἢν αὐτῷ πέμψῃ, ὁπόσα σοι προχωρεῖ, *quantum commode potes.* ¶ 6) *commodum esse.* Π. 1, 2, 4. πάρεισιν — οἱ γεραίτεροι, ἡνίκ' ἂν ἑκάστῳ προχωρῇ. A. 1, 9, 8.

πρόχωρος, v. πρόσχωρος.

προωθεῖν, *propellere.* Pollux 5, 79. habet in numero verborum, quae de apro dicantur. K. 10, 10. προωθῶν αὐτὸν dicitur aper *impetu se propellens.* §. 16.

πρύμνη, *puppis.* Schol. Homer. ad Il. α, 409. πρύμνα μέρος τῆς νεὼς τὸ ἔσχατον. Hesych: πρύμνη· τὰ ὀπίσω, ἢ τὸ τέλος τοῦ πλοίου. A. 5, 8, 9. κυβερνήτης τοῖς ἐν τῇ πρύμνῃ.

